AD NOBILES ET EGREGIOS
ADOLESCENTES ANTONI
VM ET GVIELMVM PRA-
TOS ILLVSTRISSIMI
VIRI.D.ANTONII PRA
TI MAGNI GALLIA-
RVM CANCELLA
RII DVLCISSI
MOS LIBEROS
ALLOBROGI
CÆ NARRA
TIONIS
LIBEL
LVS.

❡NOBILIBVS & egregiis adoleſcēti
bus Antonio & Guielmo Pratis. Illuſtriſſimi
uiri. D. Antonii Prati magni Galliarum can
cellarii dulciſſimis liberis Ioannes Pinus to-
loſanus. S.D.

m IRA ET INCREDI-
bilis quędā eſt uirtutis pro-
bitatiſq; uis ac dignitas: &
qua neſcio an quicq̄ ab im-
mortali deo hominum uitę
dari commodius potuiſſet:
qua ut inquit tullius nihil eſt pręſtantius / ni-
hil amabilius nihil quod magis alliciat homi
nes ad diligendū / quippe cum propter uirtu-
tem & probitatem eos etiā quos nunq̄ uidi-
mus quodammodo diligamus id quod ipſe
quoq; cū in pleriſq; aliis / tū in clariſſimo & il
luſtriſſimo uiro parente ueſtro pridem mihi
uſu ueniſſe memoria repeto: quem cū iuuenē
adhuc & tamen ampliſſimum iam magiſtratū
gerentem: cū pene publica cōmuniq; omniū
uoce tum domeſtico & familiari meorum te-
ſtimonio ipſe tum quoq; iam adoleſcens cō-

mendari uiderem/inumeraſq; & infinitas ingenii atq; animi eius uirtutes & dotes audirē: ſic ſum ad amandū impulſus: ſic uehementer accēſus: ut nihil unq̄ in uita charius/nihil eius amicitia mihi unq̄ antiquius duxerim: quam tametſi & temporum & locorum interuallo ſeiunctus nullo unq̄ ſatis pręſens obſeqo aut officio coluerim: ſic tamē abſens mecum ipſe animo grataq; & beneuola ſemper memoria obſeruaui: ut nihil a me unq̄ aut diligētius aut lubentius factum eſſe meminerim: atq; hanc quidē noſtram quātulamcūq; animi promptitudinem: ſic ipſe quoq; pro ingenita ſua facilitate humanitate bonitate beneuole eſt amplexatus: ſicq; pro īmenſa & incredibili animi magnitudine beneficentia ac liberalitate magnis atq; adeo ingentibus beneficiis eſt proſecutus: ut neſciam quid piiſſimus quiſq; parens in dulciſſimos liberos conari amplius poſſit: contulit enim in nos quęcunq; habuit ampliſſima: & quę nos nō modo non aſſequi ſed ne optare quidē unq̄ in mētē uenire potuiſſet: collaturuſq; adhuc maiora: ſi adeo multa-

rum rerum hęc ingenii mei infirmitas tam capax fuiſſet: q̄ prompta illius in nos liberaliſq̧ & uelut profuſa beneuolentia erat: quare ſic me ſic meos omnes ꝑpetuo & imortali quodā beneficii genere obſtrinxit ut ſublata quidem impoſterū ſpe omni referendę remunerādęq̧ gratię: ſolā grati beneuoliq̧ in ſe animi memoriam reliquā nobis fecerit: nam quid ego in hac tanta tam larga & tam beneuola in nos animi facilitate ſperare aliud audeā? prę ſertim cum (ut ille ueriſſime inquit) multo facilior ulciſcēdę iniurię q̄ uel q̄tulicūq̧ remunerandi beneficii ratio iniri ſoleat: curabitur itaq̧ a me diligenter hoc uno officii genere quod ab illo ſolum mihi relictū eſt: ut nō ipſe modo ſed & ſui omnes uoſq̧ imprimis quos ille iure / reꝝ omniū cariſſimos habet: & preſentes officio: & abſentes perpetua ac grata ſemper beneuolētia culti obſeruatiq̧ uideamini: cui quidē rei dū propere nimis uel qualecunq̧ facere initium ſtudeo: neq̧ in promptu eſt unde id ſatis cōmode poſſim: cogor ueteres q̄ſdam puerilium ineptiarū ſchędas noſtras excu-

apprime nobilis ac potens / Iacobus nomine equeſtri loco natus / habuit & hic filium nomine Paridem adoleſcentem egregium quem & ipſum pater ab ineunte pueritia liberaliter educari curauerat / poſthacq; pubeſcẽtem pari cura militaribus diſciplinis imbuẽdum dederat: tanto / & tam maturo profectu / ut paulo poſt equeſtribus donis a principe muneratus abierit, creuitq; inde fama ſucceſſu mirabili / pene ut nullas etiam exteras gentes non abunde repleuerit: neq; enim ullo poſthac publico / priuatoue certamine abſtinuit: in quo modo glorię / ac laudis prẽmiũ propoſitum cerneret. erat hic armis equiſq; conſpicuus / delectabatur & uario aucupii genere / quare auium canumq; ſagacium tantum alebat domi / quantum etiã principi uiro ſatis eſſe debuerat: quibus ſe rebus multorum eorũq; magnatum priuatis arctiſq; amicitiis iunxerat / Ceterum multo maiore ac liberiore uitę conſuetudine / Odoardũ quendam adoleſcentem ingenuum & ipſum equitem inſignem deuinctum habuit: q; ambo & ſocii ſemper / & pene

annis ęquales erant / eoſq; par quędam morū uitęq; & ſtudiorum ſimilitudo coniunxerat erat uterq; inſigni forma / ſciebant & fidibus maxime / uerum in his Odoardo multo Paris inſtructior / ardebat iam tum efflictim Odoardus fęminam quandam nobilem / batauam genere / Paride adhuc earum rerum experte / nec dum gnaro quid amor ſecum inſanię afferat / q̄uis is quoq; haud ita multo poſt Viennam principis filiam nō nihil amare cęperit / non neſcius tamen / q̄ iniq; amor ille ſibi comparatus eſſet / ꝙ ſe multo & genere & opibus inferiorem eſſe cognoſceret : quare tacitum quidem ille q̄tum poterat / & apud ſe diligenter cellatū ſemper amorem tenuit / nulli mortalium omnium uno Odoardo excepto de eo quicq̄ temere cōmittens. nondum etiam ſui amore ſauciatum adoleſcentis animum Vienna reſciuerat / neq; ſe Paris adhuc audebat prodere / uerum quortidie eā magis / magiſq; uidendo deperibat ardentius. conuētum itaq; ſemel inter utrunq; Odoardum & / Paridem / ut qua parte palatii puellę cubiculum erat / ea

ALLOBROGICÆ NARRATIONIS LIBER PRIMVS INCIPIT

a

PVD ALLOBROgas haud ignobiles Galliç comatę populos: longe lateq; rerum olim potitus eſſe dicitur Godofredus quidam cognomēto Alenconius uir ea tēpeſtate cum pace tum bello clariſſimus ſummiſq; inſuper natalibus ortus ut qui a regio Gallorum ſanguine proxima cognatione originem duceret. Habuit uxorem dyanam nomine feminam primariam forma inſigni & ęgregia & cui par quoq; grauitas morum coniuncta erat. hi ꝙ iam ferme ſeptennio ſine liberis uixerant magnoq; imprimis futurę ſobolis deſiderio tenerentur aſſidua in hanc rem uota ſuperis nuucupabant. Itaq; poſthac octauo anno ſcita admodum eis puellula nata eſt eiq; Viennę nomen impoſitum ꝙ in ea urbe uetere & nobili quon

dam atq; etiam gentis eius facile principe nata eſſet: Vienna itaq; educanda traditur matronę cuidam opulētę ac diuiti / & in ea urbe nobilitatis primę: quę & ipſa filiam Yſabellem Viennę pene annis equalem habuit: quę illi primum collactanea mox etiam ſocia ac ſuarum rerum dulcis / ac fida ſequeſtra data eſt / tantuſq; inde ſenſim amor utrinq; / & tam ingens beneuolentia conflata: ut uſurpato ſororio nomine inter ſe / uix ſatis momēto temporis / utraq; alterius abſentiam ferre poſſet. Creſcebat in dies magis magiſq; Viennę forma & pulchritudo corporis / iāq; paſſim apud omnes eius rei fama uagari cęperat / nec iam ſolum indigenis ſed exteris quoq; & peregrinis gentibus / ęque ac ſuis cognita / ferme ut minimum iam momentum ad hanc rem paterne dignitatis & glorię fauor haberet quare paulo iam facta maturior / pene inumeros & reges & uariarum gentium principes procos & genialis thori competitores habuit / cū eam ſibi quiſq; certatim uxorem dari poſceret / erat tum quoq; in ea urbe homo quidam

omnem euentum confidentem inuenies:itaqꝫ
furtim domum dimiſſo puero / ipſi ad decem
illos excubitores redeunt / rogant uti ſe abi-
re libere patiantur / eſſe:futuroſqꝫ ſemper in
principis poteſtate ac imperio / cęterum nul-
lo pacto paſſuros ut quoq̄ ire inuiti cogeren-
tur. quo audito reſponſo excubitores:gratis
inquiunt uobis adoleſcentes aut inuitis eun-
dum eſt: ſtrictiſqꝫ continuo gladiis in eos im-
petum faciunt: contra illi quoqꝫ clipeis mu-
cronibuſqꝫ tutantes ſeſe / fortiſſime dimicāt /
obuios quoſqꝫ uulnerāt cędūt / demūqꝫ loco to
to exturbāt / nec ſine graui uulnere eorū quęq̄
diſcedere patiuntur: quibus / qua cuiqꝫ proxi
mum fuit temere ac paſſim dilabētibus / iuue-
nes ſine damno / inſidiarum periculo liberan-
tur. poſthacqꝫ primo ſtatim diluculo / ſaucii il
li excubitores principem adeunt / rem totam
illi narrant ex ordine / uulnera ac cicatrices
oſtendunt / graueqꝫ & ingens uitę periculum
memorant in quo duorum iuuenum incredi-
bili audatia / proxima nocte pene poſiti fue-
rint. graue id principi ac permoleſtum fuit /

cogitareq; ſecum ipſe ac reuoluere in animo cępit / ſtrenuos eos ac fortes uiros eſſe / qui tã & clarum / & memorabile facinus ędidiſſent. Quare delectos ex cohorte pretoria centum fortiſſimos nocte ſequẽti in inſidiis collocat / uerum id fruſtra / neq; enim illi tentata ſemel pericula repetunt / ſed fido tacitoq; ſilentio rem totam obſcurant / neq; ſe uſq̃ temere / & inconſulte produnt. Cęterum parte altera Paris apprime ſolicitus ꝙ neq; amorem ſuũ uehementiſſimum oſtẽdere / neq; de eo etiam cupitę puellę indicium ullum audebat prodere: quare ſalutare ſemel conſilium cępit / decreuitq; ſecum / cum totum deponere ex animo / neq; pati poſt hac ſe fruſtra torqueri longius / ob idq; data opera ſedulo diui Laurẽtii p̄ſulis amicitiam iniit / cũ eo uerſari / cũ eo frequenter agere / qui & ipſum quoq; beneuole excipiens prudentibus ſemper monitis ac diſciplinis inſtruxit. interea uero princeps ęgre ferẽs filię męſtitiam quam & ipſam ſubtriſtem ſenſerat tamdiu fallere / atq; latere eos / qui pro cubiculo ſuo paulo ante tã fortiter dimicaſ-

fidibus cātuq; uario (qui mos Gallorum eſt)
ſub lucem canerent:ut eo leui futiliq; oblecta
mento cętera pene innumera amoris faſtidia
ſolarentur / grata ea res principibus fuit / cu-
raq; inde maior exorta / ſciendi quinam hi eſ-
ſent qui ſua tanta moleſtia / tam magnam il-
lis uoluptatem afferrent / quod dum non faci
le ſatis aſſequuntur / princeps ſperans ſe eos
hoc uno ſaltem cōmento fallere / ſolēne ac pu
blicum conuiuium parat / ei tibicines omnes
ac citharędos cuiuſq; generis undiq; conqui-
ſitos adeſſe iubet / pęna etiam adiecta ſi quis
uenturum detrectaſſet / factoq; omnium con
uentu / de ſe ac ſua quiſq; arte facere pericu-
lum cogitur / ſed neq; eo magis ſunt qui pete-
bantur agniti / magnamq; ea res tam diu cel-
lata principi moleſtiam attulit / auxit & co-
gnoſcendi deſiderium magis: Quare quod nō
ſatis priore uia ſucceſſerat / id alia aggredi-
tur / poſitiſq; ſtationibus / fortiſſimos decem
uiros excubare / obſeruareq; iubet dum illi re
deant / dato imperio ut ſimulac cantum ſo-
nūq; expleuerint / ſpontaneos libere ad ſe de-

ducant / ſin inuitos etiam cogāt. quare ut iam aduesperauerat facta nocte concubia / iuuenes lęti de more redeunt / puerulo tantum comitati qui inſtrumenta conueheret / pulſant canūtq; fidibus / uariumq; & lenem ſecuri cōcentū faciunt / neſcii q̄ propinqua ac pene cōmixta gaudiis pericula hęrerant / uix dum bene fine canēdi facto / cum iam reuerſuri inſtrumenta conuoluerent / ecce repente prodeunt qui in inſidiis latuerant / mutuaq; utrinq; ſalute reddita / ſtupidos nouo caſu adoleſcētes comiter inuitant / rogantq; cum eis una uenire ad principē: ibi tum Paris eos expectare paululum iubet / puſillumq; in partē alteram declinans Odoardum cōuenit quoq; in periculo ſiti ſint oſtendit / nolle eum ſua cauſa quicq̄ detrimenti capere / cęterum mori millies malle q̄ comittere ut id tēporis ad principem ducerentur / proin cōſilio opus eſſe / nec de ſe magis / q̄ de puero / quo capto ſemel ingens periculum foret rem totā prodi. nihil eſt (inquit Odoardus) quod aut de me / aut mihi timeas / iube quę uoles tantum / paratum ſatis / & ad

tere ſi quid forte ide corradi poſſit / quod no
bis nec iniucundũ neq̨ prorſus ingratum eſſe
uideatur: hoc enim unũ curo hoc unũ ſolũ in
preſentia laboro: reliquarũ omniũ rerum ſe
curus: nec ita multum de aliis ſolicitus: quos
(uelut globo & cuneo facto) impetum in nos
facturos eſſe uideo / inclamaturoſq̨ tanq̃ in re
nõ ſatis ſeria oleũ quod aiunt & ipenſam ami
ſerim / materiamq̨ nec me nec uobis ipſis ſa
tis dignã induxerim / ut quorum palato nihil
niſi graue & philoſophicũ / nihil niſi ſeuerum
& durũ / demũq̨ nihil niſi quod ſacrũ aut ſan
ctũ ſit ſapiat: cetera omnia illis uilia abiecta
ridicula uideantur niſi que ad exactam inge
nii ſui trutinam uelut ad quãdam epicteti lu
cernam elucubrata & compoſita fuerint: tol
lunt tẽporũ etatumq̨ diſcrimina / nihilq̨ ado
leſcẽtulo magis q̃ iam ſeni & decrepito indul
gent / eoſdẽq̨ uel a puero quos a iam cano ca
pite mores paremq̨ uite ac rerũ omniũ ſeueri
tatem exigũt: & cum ſe longo tantũ annorũ
ordine ſapientes exiſtimẽt: tamẽ alios omnes
ſtatim a partu naſci debere catones mallios &

& tuberones autumant:qui cũ ſint iniqui rerũ ęſtimatores ſe nimirum graues in alios in ſe ac ſuos uero nimiũ molles ac indulgétes pbét cum quibus ipſe tantum abeſt ne ſentiã ut tetrica illa dura & agreſti & uelut importuna morũ intéperie odioſius nihil exiſtimem: dãdumq; ętati aliquid / & adoleſcentię nonnihil concedédum puté: habet enim ętas iſta tenerior ſuos ludos ſua ſtudia / habet ſuas etiã honeſtas quidé illas & probas (quibus ſępe ducitur) uoluptates / quę ſi ut tullius iquit ita erũpunt ut nullius uitam labefactét / nullius domum euertant / faciles & tollerabiles haberi ſolét: tãetſi ille quidé cęliũ defendens corporeas ac uenereas uoluptates itelligit: abs quibus ſane uelut a capitali peſte adoleſcétia ſemper arcéda eſt: nos uero eas animi uoluptates dicimus: quę tanq̃ amęna quędam ſtudiorũ diuerticula fatigatas adoleſcétiũ métes leuant / eiſq; honeſtos quoſdã uelut ingenior; ſeceſſus pręſtant: id quod ut ſpero puſillus hic noſter adoleſcétię labor (nam & nos adhuc adoleſcẽtes hęc ſcripſimus) abunde uobis exhibebit:

in quo tãetſi leue quiddã & amatoriũ ſcribitur: tamẽ nos neq; perire illũ / quin uobis etiã dicare uoluimus / cũ ꝙ in eo turpe nihil aut fędum inſit: tum uero ꝙ multis uariiſq; rerũ caſibus docere facile poſſit / q̃ ſit mortalibus omnibus amoris damnoſa rabies: q̃taq; & q̃ inopina ſępe uitę pericula afferat: ꝙ ſi erũt q nos has adoleſcẽtię noſtrę lucubratiunculas ſupprimere magis q̃ in medium afferre opportuiſſe coarguãt / neq; nos ulla maiorum ueterũq; exẽpla ab iniuſta calũnia tutari poterunt ſciãt nos uel eo uno motos feciſſe (quod apud xenophontem legimus) ut uitium unum omniũ nobis īſenſiſſimũ īgratitudinẽ fugeremus καὶ ὃν ἂν γνῶσι, δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσι τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας καὶ πατρίδα, καὶ φίλους. ἕπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ, ἡ ἀναισχυντία, καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. id unum ſic nos latine uertimus: perſę quem cognouerint gratiã referre quidẽ poſſe / atq; id negligere acerbiſſime puniunt / ꝙ īgratos homines uel deorum quoq; patrię parentum & amicorum fu-

turos immemores arbitrantur: ſimul & ꝙ ingratitudinem comes impudẽtia ſequitur quã illi turpiſſimę cuiuſq; rei ducem & autorem exiſtimant: abs qua una teterrima labe modo nos (quando re non liceat) animo ſaltem pręſtemus innoxios: ſane quod quiſq; de ingenio ac moribus noſtris iudicium faciat non magnopere nobis laborandum putamus: uobis enim hęc qualiacunq; ſunt non perſiis illis aut catonibus ſcripſimus: ualete adoleſcentes optimi. Venetiis quarto Calendas Decembres.

FINIS.

querr p.ᵐ libri [illegible] superius loco signato

ſent:publicos pugillareſq; ludos indixit/ di-
miſſis undiq; nũtiis qui eos finitimis quibuſq;
gentibus nũciarent futuroſq; Viennę kale/
aprilibus/ magno etiam uictori pręmio pro-
poſito dicerent magnam ea res & ingentem
puellę uoluptatem afferre uiſa eſt/ q ita ſpem
fere certam induxerat fore ut quorum tãto-
pere deſyderio tenebatur:iam tãdem noſce-
ret.Itaq; dictum ludiçro diem pendula ac ſe-
cum anxia morabatur/ cũ ecce ex Gallia atq;
Britania tota fortiſſimi ac nobiliſſimi quiq;
proceres pugnaturi conueniunt/ quos par-
tim amor quidam uehemẽtiſſimus partimq;
fama ſola nomenq; Viennę pulchritudinis
traxerat.ibi tum Paris ſecum anxius atq; ſol-
licitus nulliuſq; ſatis certi cõſilii compos flu-
ctuabat/ incertus ſibi nec ne illuc eundum eſ-
ſet:an potius ſpreto contemptoq; tanto illo
rerum apparatu/ ocioſus domi tam inſignem
querẽdę laudis occaſionem fugeret : urgebat
hinc deſperatio quędam & iam mutatę uitę
cõſilium illincq; amor(humanę mentis dã-
noſa rabies)glorięq; & laudis ſtudium uehe-

BB

mēteſſime ſtimulabat ſicq; duabus his rebus
maxime inter ſe contrariis ferox adoleſcētis
animus urebatur: uicit tamen quod ſępe ſolet
amor immodicus ſed non niſi prius cōſulto
Odoardo amico fideliſſimo qui cognita Pa
ridis uoluntate: tantum abfuit ne ab incepto
diuerteret / ut ſe quoq; una uēturum ultro pol
liceri cęperit: ſecreto tamen id opus eſſe ne
forſan agnoſci poſſint / paratiſq; illico armis
equiſq; / pares & galeas ſibi & galearū conos-
pariaq; undiq; arma ſibi & ſua & equorum cō
cinnant: candida & albentia nullo alio diſcri
mine poſito / dictuſq; iam ludicro dies appete-
rę cęperat iuſſuq; principis miro quodam
artificio & apparatu pegmata quędam & ta-
bulata extructa erant / in hiſq; tum forte Viē
na conſederat pręcioſis admodum ueſtibus
induta: purpura auro gēmiſq; diſtincta / cęte-
roq; muliebri mundo decentiſſime ornata eū
undiq; locum ſplendore quodam nimio collu
ſtrabat / pene ut omnium oculos in ſe men-
teſq; conuerteret. pleriq; tum etiam nobiliſſi-
mi iuuenes arma ſumpſerunt / ipſi quoq; pro

more ac ritu patrio ampliſſimo & admodum
pręcioſo ornatu cōſpicui / eo quoq; turba in-
gens tibicinum citharedorumq; cōfluxerat /
quos omnes męſta adhuc ſatis atq; ſubtriſtis
Vienna diligenter audiebat / cęterum cupida
multo magis ac ſollicita erat eius agnoſcen
di quē ſui amore ſaucium eſſe preſenſerat. for
te eo die Paris regię mēſę miniſter aderat / ubi
cum & Vienna diſcumberet ſubinde eam in-
tuitus inſignemq; eius formam & incredibi
lem pulchritudinem admiratus mirum quā-
to (ardēti iam animo ſatis & ęſtuāti) grauius
adhuc amoris incendium adderetur: agebat
tamen prouide / & caute quātum anniti pote-
rat / ne cui eius rei ſuſpicionem faceret. paulo-
mox uero cum pro ſua quiſq; facultate pugi-
les armati pugnaturiq; deſcēderent / iuuenes
ſocii ſecretum quendam paulumq; a ęcirco di
ſtantem locum cęperunt / unde ipſi quoq; pa-
ribus armis / equiſq; & equorū ſtragulis albē-
tibus / nullo alio interſe diſcrimine cogniti
prodierunt / eam campi partem petentes ubi
ſe maxime latere poſſe fiderent / nec tam faci-

le a circũſtantibus noſci. ceteri omnes armis ſcutiſq; diſtincti facile inter ſe dignoſci poterant/ anteq̃ tamẽ cõcurri ceptum eſſet a principe imperium datum eſt/ ut ſinguli in campum pompatici ac monſtrabundi deſcenderent/ ubi in ampliſſimo equoq; ac fere communi omnium apparatu maxime tamen emicuit ingenſq; & imprimis nobile ſui ſpectaculum prebuit Odoardus regis Britãnię filius qui tum & ipſe pugnax reiq; bellicę & militaris peritiſſimus habebatur. Inter hęc tam magnifica Viẽna indies magis ceco nimis amore ęſtuans/ Yſabellam fidam illam amicam & ſociam (qua cum ſemper agebat familiarius) diligenter interrogat: quęnam illorum maxime amori obnoxium crederet/ quę cum ei quendam innuiſſet minime inquit uerum neſcio quo pacto duos illos albẽtes equites mihi magis natura conciliat/ magiſq; mee mentis & animi participes facit: uerum ſuę iam quiſq; uirtutis periculum faciet. itaq; primi certamen ineunt eques quidam pugnator nobilis & Odoardus fidus Paridis amicus & ſo

cius / hi contrariis & uariis campi partibus poſiti / cōcitatiſq; equis & īfeſtis haſtis ſubeūtes grauem conflictum faciunt / multiq; alii ſimilem quoq; pugnę ſortem experiuntur cominus eminuſq; pugnantes punctim ceſimq; dimicant hinc quidam ex equis lapſabundi ruębant illinc uero equi ſimul & homines impetu ac uiriū robore ſternebant: fieriq; atrox in ſpeciem pugna graueq; iam plenūq; laboris atq; periculi prelium miſceri cęperat: cū ecce Odoardus ille bellator egregius regis Britānię filius multis iā uictoriis clarus atq; triumphis tumens: & ipſe in campum pugnaturus prodiit / hunc contra Paris componitur non inferiorem bellicis rebus gloriam & laudem trahens / qui tum quoq; plurima ac maxima ſuę uirtutis ac fortitudinis exempla dedit / neq; prius deſtitit q̄ uiribus in terram Odoardum proueret: unde maximum quoq; decus & laudem meruit. trahiq; longius certamen id cęperat / fere ut iam prandii tempus appeteret: itaq; prandio facto feſſis adhuc fatigatiſq; multis matutino labore atq; certa-

mine / cum reſpirandi reficiendiq; ſeſe locum
& tempus caperent / Paris tamen nihilo fra-
ctior / uelut nouus adhuc & uiribus recens /
denuo certamina repetebat : ubi fortior q̄
prioribus pugnis / promptiorq; & robuſtior
apparuit / pene ut ei nullus occurrere auderet
mãſitq; diei eius atq; certaminis decus & glo-
ria penes eum : fuitq; uelut omnium honora-
tiſſimus deductus ad tabulatum in quo Vien
na conſederat / ut ab ea ſcutum chriſtallinum
ſertumq; floribus atq; auro contextum prę-
miũ uictorię caperet : quo facto Paris fiduſq;
eius ſocius Odoardus clanculum (q̃tum fieri
poterat) furtimq; abeuntes arma poſituri eũ
locum repetũt / unde pauloante profecti erãt :
paſſimq; abſentes ab omnibus ferri laudibus
cęperant : iamq; & principem & reliquos om
nes mira quędam eos agnoſcendi cupido in-
ceſſerat : uerum illi tam & occulte & accurate
diſceſſerant / ut a nemine ſciri poſſet quorſum
iter habuerant. paulomox quoq; cum in ſua
quiq; loca diuerterent ac pro ſe quiſq; ſolẽne
ludicrum equitumq; uirtutem ac robur / inſi-

gnemq; Viennę formam ac pulchritudinem
celebrarent / noua ſubinde contentio orta eſt /
proceribus altercantibus / quę omnium ma-
xime pulchritudine ac forma cęteras excelle
ret: quibuſdam eius rei palmam Viēnę tribu-
entibus / cuius cauſa pauloante pugnauerāt /
nonnullis ſorori regis Britānię / contra uero
aliis filię ducis Normandię decus id aſſignā-
tibus / prout quęq; uoluptas amorq; & in ſuā
ſtudium etiam uehementius mouerat. cęterū
Paris interim amore nimio languidus ac mę
rens / uultu tamē utcūq; poterat diſſimulato /
& ad tempus compoſito hylari ſimilis / diui
Laurentii pontificem ſequebatur: abs quo ta
men uitę melioris faſtidio & pęnitentia du-
ctus / lōgius abſcedere cupiebat: morabatur
hominem tantum modica ratio habita con-
ſtātię / ꝙ erat ueritus ne ea propere nimis de-
poſita uideretur: quare honeſtam ſolum abeū
di cauſam modumq; requirebat. cū pater in-
terea & ipſe animo ſecum Paridis męſticiam
reputans / grauiter curis anxius erat: fere-
batq; moleſtiſſime ſolemni illi ſpectaculo &

pompę nō affuiſſe Paridem / ſic enim ſibi perſuaſerat / ꝙ & cum Paris ut cęteros incognitus fefelliſſet. quare uocatum ad ſe adoleſcentem his uerbis alloquitur. mirari inquit ſoleo cariſſime fili quid eſt ꝙ te iam pluſculos dies triſtem męſtūq; uideo / quis / aut unde ſqualor hic inſolitus? quis tantus hic męror quę triſtitia? quęnam hec tanta doloris acerbitas? ubi priſtinus ille uigor animi? ubi robur? ubi uerborum & oris ſuauitas? ubi tot ſtudiis / tot laboribus quęſita & parta iam ſatis abūde gloria? quid hanc torpere / quid tam ignaue ſeneſcere pateris? porro quid te ipſum cruciās. quid torques? quid affligis? quid maceras? hoccine mihi patri ex te ſolatiū? hęc miſerę matri tot in te curarum merces repoſita? hęc noſtrum utriuſq; iam olim ſpes de te concepta? hec expectatio? hoc pręmium extremę noſtrę ſenectutis affecteq; iam ętatis atq; decrepitę? ut quem ętate forma uiribus gloria florentem uidere idq; nobiſcum ſolide gaudere debeamus / eūdem męſtum deformem afflictum lāguidum & inglorium lugeamus, atq;

oratio patris increpatoria.

unde lęticia gaudium uoluptaſq; nobis ſperari debuerat: illinc triſtitia męror ac uitę totius acerbitas oriatur: exprobare deinde cępit pontificis contubernium / hominemq; cõuiciis contumeliiſq; proſcindere / ſeq; male ueteri dicere ne illius ſuaſu filius cęlibatum induceret. Ad ea Paris ueluti uoce paterna attonitus mutuit / nihilo tamen factus Viennę cura liberior / eam ſolam cogitare / eam dies & noctes ſecum animo uerſare ac uoluere prudenter id tamen & caute ne quam amoris ſuſpicionẽ faceret / in quo omnium quoq; fallebat ingenia nec de eo id quiſq ſecum facile cõiectare potuiſſet / paulomox quoq; ſopiendę ſedandęq; controuerſię cauſa quam de trium fęminarum pulchritudine inter principes ortam paulo ante prediximus: alia denuo certamina ſũmo apparatu / ingenti pompa incredibiliq; omnium rerum luxu / Pariſiis indicta atq; inſtaurata memorãt: ibiq; tria uexilla maximi & ingentis prętii ſuam quęq; fęminam ſignantia / totidemq; aureos torques. uictori prẹmium propoſitum magno ea quoq; ingen

tiq; hominum non Galliarum modo ſed exte
rarum quoq; gentium principumq; concurſu
celebrata referunt: inter quos etiam Dalphi-
nus princeps Allobrogū affuit / quo eū quoq;
Paridis pater cupide ſecutus fuerat ꝙ ſe illic
filii uirtutis ſpectatorem fore ſperauerat: nec
ſua eum ſpes fefelliſſet niſi ſe diſſimulās & in
ſe ipſum ingratus filius / parentem cupita glo
ria ac uoluptate fraudaſſet / nam & hic quoq;
omnium maxime ac fortiſſime dimicans ut
paulo ante prioris apud Allobrogas ſic hu-
ius quoq; certaminis laudem & gloriam me-
ruit: inſigniq; ſua uirtutę / Viēnę formę prī
cipatum aſſeruit / de quo in diſcrimen ac ſum
mum pene periculū uocari cęperat fecitq; ut
ea poſthac (omnium aſſenſu) eius rei ęmulas
omnes forma ac dignitate uinceret. Itaq; ui-
ctor ab omnibus ſalutatus / ad tabulatum du-
citur / in quo & rex / & cęteri arbitri uictorię
ſederant: ibiq; palam uictor eſt declaratus da
taq; prēmia uictorię quę pręſeferens geſtāſq;
magnifice a circunſtantibus in circum trium
phantis more deductus eſt, inde ſe (ſolo Odo-

ardo ſocio fideliſſimo comitatus) i taberna-
culum recipit / ubi deductis armis complica-
tiſq; rebus omnibus / q̃ fieri maturiſſime pote
rat. ſe ambo inde prorripiunt / ueriti ne quis
eos agnoſceret cellari enim ſummopere ſem-
per curauerat: puto uirtutis magis q̃ laudis
aut glorię appetens / durum id tamen cęteris
& imprimis moleſtum factum eſt: ꝙ ſcire cupe
rent & hominem noſcere cuius uirtute & in-
credibili fortitudine uicti omnes ac ſuperati
eſſent: neq; tamen ei non maximę laudi uerte-
re poterant ꝙ ab eo tantopere gloriam uide-
bant eſſe contemptam: quam ipſi tot emenſis
terrarum ſpatiis tot tantiſq; periculis cũ tan
to ſudore & tam auide peterent: itaq; ei nõ for
titudinis modo / ſed & ſapientię laudem da-
bãt: atq; eo quoq; maiorem q̃to ſolet eſſe prę
clarius animum q̃ corpus & ſe ipſum q̃ alios
uincere: męſtis itaq; in ſua quibuſq; abeunti-
bus: ꝙ ſe quiſq; ſpe ſua atq; cupita gloria fru-
ſtratum moleſte ferret / Dalphinus etiam Al-
lobrogũ cum rege ſalutato diſcederet rex ho
minẽ amplexatus honorifice a ſe dimiſit: da-

ta corona aurea Viénę filię deferenda quam regina ei puellę donum parauerat penes quã certaminum laus & gloria reſediſſet. paucos uero poſt dies Vienna ubi ei patrem aduentaſſe nunciatum eſt officioſe ei obuiam prodiit / cumq; de more reuerita pater eam quoq; amice complexus / oſculo dato coronam protulit quam ei gallię regina dono miſerat / premium formę ac pulchritudinis qua ſui ſęculi fęminas omnes ſuperare magno principum cętu declaratum fuerat: ibiq; pater ei ré totã narrat ex ordine uti ſupra geſtam eſſe retulimus quãtoq; & q̃ graui certamine q̃ magnis duriſq; uictis aduerſariis eam tãtam gloriam adepta fuerit: idq; hominis unius inſigni uirtute incredibiliq; fortitudine quẽ ne ipſe quidem ſatis cognitum habeat: quod eo magis moleſtum eſt: ꝙ ignoret cui nam mortalium omnium tanti in ſe & unicam filiam beneficii gratiam habere debeat. pater ubi finem dicendi fecit: Vienna tacita ſecum & anxia uoluere recentemq; adhuc ſatis prioris anni memoriam animo refricare cępit: uocatamq; ad ſe

Yſabellem amicam & collactaneam his uer-
bis alloquitur.meminiſti puto inquit cum ti-
bi paulo ante dicerem amari me uehementer
ab homine omnium fortiſſimo ac nobiliſſi-
mo & ſane is eſt qui pro cubiculo excubãs fi-
dibus canere cõſueuerat:quiq; paulo ante cer
tamine bellico criſtallinum ſcutum ſertumq;
floreum uictor ſecũ detulit:eaq; ipſa dicebat
gaudio quodam inſolito geſtiens/uerum re-
pente immodica illa ſubitaq; lętitia in lachri
mas uerſa:ſe accuſare ſe triſtem ſe miſeram &
infęlicem dicere ꝙ eum ne uerbo quidẽ no-
ſceret/cui uni mortalium omnium tantope-
re & amore & tam inſigni beneficio obnoxia
eſſet:proinde tantum inde męrorem tantum
animo dolorem premere ut niſi deorum ali-
quis ſubitum ſibi leuamen afferat:uicturam
ſemper ſquallidam & męſtam expertemq; hu-
mani omnis gaudii atq; ſolatii neq; id ſibi ta-
mẽ diuturnum fore:perituram breui & hanc
unam ob cauſam immaturã cito mortem ſibi
ſubeundam eſſe.tãtum in rebus humanis(ubi
ſemel irrepſerit)inſanus amor imperii uindi-

cat:ut ne miſeros quidem mortales ſui ipſorũ
ſatis cõpotes eſſe ſinat:furoreq; & uelut quadam
rabie concitos huc illucq; ęſtu quodam
mentis perpetuo fluctuantes agat uexet impellat
exagitet ſuiq; ac ſuorum omnium obliuitos
in manifeſta ſępe uitę pericula impingat:
porro Paridis pater qui & ipſe Pariſios regulum
Allobrogum comitatus fuerat/ubi in tãto
illo tamq; celebri ſpectaculo laudis/filium
non agnouerat q ut diximus ille ſeipſum accurate
diſſimulans ne ipſo quidem parẽte cõſcio
furtim inde uictorq; diſceſſerat: uocatũ
ad ſe uehementer increpuit:q molli nimis &
infracto animo uiueret:q in umbra & in ocio
corporis atq; animi uires turpiter langueſcere
pateretur q nec ſe nec ſuis maioribus dignum
aliquid ageret:identidem illi/diui Laurentii
pręſulis cõſortium improperans/quo
cum Paris ualde familiariter agere conſueuerat/uerum
ad hęc obmuteſcẽte filio męſtiſſimus
parens Odoardum Paridis amicum/&
intimum familiarem adiit/Scio inquit(quod
neq; mihi ingratũ eſt) q̃topere Paridem uni-

cum mihi filium & q̄ uehementer ames: proin te rogo obteſtor obſecro per iſtam ueſtrã iam antiquam & adhuc intemeratam amicitiam / ut illum mihi / meq; & miſeram matrẽ illi ſerues incolumes: uides ut priſtina omnia ſtudia uirtutis (quibus iam paſſim omnibus non mo dicam de ſe expectationem mouerat) ut omnes glorię & laudis artes / quibus a puero eum tam diligenter erudiri curaueram: quibuſq; ipſe de ſe iam pluribus locis cum ſumma laude periculum fecerat / ut deniq; omnia uirtutis officia deſerens ſeſe turpiter ocio & ignauię dedat: ut ſpretis contemptiſq; rebus humanis omnibus ſe ipſũ ſpernat obſcuret deprimat ut opes diuitias facultates honores fa ſces magiſtratus imperia ut hominum cętus congreſſuſq; ut ipſam deniq; lucem oderit: ut mei patris ut miſerę & aniculę matris ut ſuorum omnium ut ſui ipſius tandem oblitus triſte quoddã meſtumq; ac prorſus illiberale uitę genus induxerit: ſcio forte uideri potero ti bi temere nimis onus imponere de quo nihil unq̄ bene meritus fuerim: uerũ q; ita perſua

ſum habeam te quoq; pro ea pietate qua tuos ipſe parentes colis coluiſtiq; hactenus ſemper unice proq; ſummo tuo in Paridem filiũ amore & incredibili ſtudio: cupere me ſenem atq; decrepitum miſeraq; illius matrem affineſq; & amicos reliquos illi ſaluos eſſe: ſimulq; cõpertum & exploratum habeam aut te unum ſolum aut preterea neminem fore qui quo uelit illius conſilia aut flectere alio aut ab incępto prorſus diuertere ualeat: ueni ad te ſupplex petiturus per hanc dexteram tuam per hoc ſanctiſſimum ius amicitię noſtrę (quam mihi quoq; tecum poſthac ſempiternam paciſci libet) filium meum adeas: illum mihi reddas: illum eundem mihi ac uel ſeipſum ſibi reſtituas illum ſibi reuoces ademptoq; illo triſti ſeruiliq; uitę genere ad uitę melioris frugẽ fructumq; referas roges horteris moneas ne me iam ſenem atq; decrepitum ne miſeram & infęlicem matrẽ lachrymis atq; męrore enecet ne nos ne ſeipſum perdat ne uetuſtam nobilemq; familiam perpetuo luctu occupet.

Odoardus fine dicendi facto ſenem cõſolari

cępit : iubereq; bono animo eſſe / daturum ſe operam ut filium in officio cõtineat : tametſi nil ſibi unq̃ in paride uiſum / quod eum tãto pere cruciare debeat . q; ſi hominis uita moreſq; non nihil ab inſtituto deflectere uideã tur:nihil eſſe cur magnopere mirari debeat: datum id eſſe mortalibus / atq; ita natura cõ paratum:ut nihil inter humanos perpetuum ac cõſtans:nihilq; ſatis diuturnum eſſe poſſit: In hominibus cum ętate mores uitamq; mu tari / odiſſeq; pene omnes iã uiros factos quę cũq; olim pueriliter facta eſſe meminerint Pa ridem quoq; quę hactenus fecerit :iuuenilia atq; puerilia iudicaſſe tãetſi ea patri glorioſa & inſignia uideant / quare humanę uitę perte ſum ſimulq; huius miſerę noſtrę mortalitatis memorem uoluiſſe mores ſęueros magis atq; compoſitos quietumq; magis atq; tranquil lum uitę genus induere/ſeuerum quando in filio pater ſeueritatem oderit eumq; magis facili tas morum ac uelut uitę quędam hylaritas ca piat:nihil eſſe q; in eo laboret:nouiſſe ſatis Pa ridis naturam molleq; & tractabile ingenium

deq; eo patri ſpondere libere ſperareq; iuſſit quecũq; de filio cupiat. atq; ita ſenem placa-tum a ſe dimiſit / moxq; ipſe recta ad Paridem uertitur / quo conuẽto narrat quos de eo nu-per cum patre ſermones habuerit: ſimulq; mi ſeri ſenis merorem luctum ac lachrymas ex-plicat: cum mandatis ab eo ueniſſe / qui nũcia-ret niſi triſte durumq; illud uitę genus abiice-ret niſi priſtinos mores priſtinum ritum cul-tumq; reciperet niſi excuſſa ſeueritate ſolitu-dine abiecta ſe & facilem magis & cuiq; fre-quentem obuiumq; pręſtaret: filii cõtumacia in ſe priſtinęq; illius uitę deſiderio parẽtes am bos perituros: proin eum rogare petere obſe-crare ne miſeros ſenes iam ſatis tabeſcente la benteq; natura inualidos / triſtitia inſuper lu-ctuq; conficiat ne contriſtet ne maceret ne ſe nephario impietatis ſcelere obſtringat ne ho mines in ſe ne ſuperos prouocet: ſcire eum ſa tis quę parentibus pietas quis honos quę re-uerentia pręſtari debeat: nihil eſſe uſq̃ quo il-lis cumulate ſatis gratia referri poſſit: libe-ros bonos pietate ſola gratitudineq; penſari.

pręterea eſſe in quo ſibi ipſe conſulere debeat ne męrore langueſcat ne ſe nimis affligat / ne maceret : & preterq̄ ꝙ i eo quoq; cōſtantię ac fortitudinis ratio deſiderari poterit. Eſt pręterea magnopere metuendum ſi ſe nimis abiiciat : ſi cadere atq; animo frangi ſinat / ne nimius hic langor animi longe maiorē męroris atq; triſticię materiā afferat. proin cū ſibi gratum eſſe facturum : ſi una ſecū laxandi animi cauſa bataviam peteret quo ipſe decreuerit familiā & amicos uiſere. ad hęc Paris iuſta inquit honeſtaq; admones : nec eſt / ſi tecum ratione diſceptare libeat quod aduerſus hęc afferam : cęterum dura mihi nimis & acerba uidentur : neq; ſatis factu eſſe facilia : nam quis quęſo tam rerum omniū ſęcurus : quis tam liber aut ſui ipſius cōpos : ut protinus ſibi quęcūq; uelit imperet : atq; animū fide (uelut manibus cęram) quęcunq; uelit effigiet : Verum emori malim q̄ uel in te uel in parentem contumax aut ingratus uideri : itaq; extrema omnia prius tentare / ac experiri lubet : tu impera tantum / quęcunq; tibi uidebuntur / ſane me

ſemper obtemperantem & officioſum inuenies. Paride collaudato / Odoardus expediri omnia iubet / quęcunq; itineri neceſſaria putabātur: equos p̄ſertim & arma: quibus uterq; cōmode uti poſſet / paris interea patri uale dicturus domum ſe contulit / erat domi cubiculum quoddam amplum atq; magnificum / ſecretum tamen ac tacitum in quo Paris diuerſari cōſueuerat: huic quoq; conclaue quoddā annexum erat anguſtius paulo atq; ſecretius / in eo Paris donaria omnia & pręmia certaminum aureamq; omnem ueſtem & argēteam cōdidit: quoꝝ occluſis foribus claues matri cōmendat eamq; orat impenſius ne quem ſe abſente illuc introire patiatur. paulopoſt uero Paride ac Odoardo iam in batauia degentibus / forte fortuna Paridis pater iam annoſus & ſenex filii męrore ac deſiderio / in febriculā incidit: quę dū inualeſceret creſceretq; in dies uehementius: dalphinus ęgrotum ac iam ui morbi in lectulo decumbentem inuiſit morbi cauſam inquirit ſolatur & quod homini amico poteſt uerbis leuamen adhibet: eodē quoq;

poſtridie Dyanam uxorem proficiſci iubet: quo & Vienna matrem haud impigre proſequitur / paulomox uero ubi puſillum temporis ęgroti lectulo aſſediſſet amice ac libere hominem conſolata ei quoq; medendi formulā dedit quam ſe pluribus expertam eſſe diceret: adiecit quoq; nihil eſſe / ꝙ de filio męſtitiā caperet: habere adoleſcentem nobilem & ingenuum clariſſimis moribus uirtute quoq; ſic ubiq; perſpecta / atq; cōſpicua ut nihil minus uerendum eſſet q̄ ne ſe ille & patre & maioribus omnibus digniſſimū prębeatq; res eū quoq; cum magnatibus reliquis tum & principi ipſi gratum carumq; fecerit: quare iubet triſtitiam omnem męſtitiamq; deponere: quā indigne de filio cōceperit. poſthac eā Paridis mater toto palatio ductitat / ſecreta omnia recludit diuitias opes facultates exponit ueſtemq; omnem ac ſuppellectillē explicat: neq; ſatis mandati memor quod a Paride acceperat: huius quoq; cubiculum aperit / eoq; intro miſſas fęminas recipit quod undiq; collucētibus armis ſtragulis aureis tapetibus pery-

ſtromatibuſq; ſic ubiq; lucebat: ut nimio fulgore ſpectãtium oculos facile perſtringeret. ibi tum quoq; Vienna ſollicite omnia perluſtrans oculis: ꝙ neſcio quid ſibi uidebatur agnoſcere eorum quę in Vienenſi certamine uiderat / perculſo iam animo Yſabellem ad ſe uocatam interrogat num eo certamine arma quędam illic pendẽtia notaſſet hominis eius fuiſſe / qui tum uictoria potitus eſt cum id illa negaret / ꝙ ſępe pluribus locis uarię manus artificum ſimile ac pene opus idem conficere ſoleant: inſtare illa uehemẽtius negareq; inde prius abituram q̃ re tota explorata cõpertius: itaq; matri ſubitum dolorem ſimulãs petere cępit ut ſe illic cũ Yſabelle pauliſper quieturam clauderet: quo impetrato intuſq; obiecto peſſulo foribus libere toto cubiculo uolitat / omnia oculis ambit attrectat uerſatq; manibus ſi quid uſq̃ cupitę rei certius indicium faceret: cum ecce parte una cubiculi oſtiolum aſpicit quo in ſecretum illud archanumq; triclinium uia erat: neq; procul appenſa clauicula aberat: ea itaq; arrepta confeſtim oſtiolum

reſerat / ſubitq; cupide: ibi loci Paris ſecretum
ſibi ſacellum fecerat cuius utroq; cornu argé
tea candelabra locata fuerant in medio par-
te paulo prominula Chriſti dei optimi maxi-
mi imago picta erat: ibi quottidie Paris ſup-
plex ueſpere ac mane precibus ſacrificiū of-
ferre conſueuerat: illic quoq; parte altera tria
illa ſigna militaria appenſa erant tres aurei
torques quibus Paridem ſupra Pariſiis dona-
tum fuiſſe meminimus: nec procul inde abe-
rant ſcutum cryſtallinum & ſertum floreum
pręmia Viēnēſis uictorię: quibus indiciū cer
tiſſimum factum eſt: cum fuiſſe Paridem / cu-
ius noſcendi cauſa Viēna ſimul & pater eius
tantopere laborauerāt. qui de eorum nomine
fama gloria dignitate tam immenſis labori
bus tam magnis ſępe periculis aditis tam be
ne meritus fuerat: pro quibus inumeris pene
beneficiis tantum aberat ne inde mercedem ul
lam aut gratiam poſceret: ut ſe hactenus ſem
per ſuamq; illam uirtutem & incredibilem cū
animi tum corporis fortitudinē accurate cel
lauerit: itaq; tantū inde Vienna gaudii tantū

inde lętitię concepit:ut uix ſatis ſui ipſius cōpos facta/linqui repente animo ac mēbrorum omnium officio deſtitui cęperit:paulomox uero ubi iam ad ſe redierat/agere deo īmortali gratias/ꝙ ſe tam & fęliecm & fortunatam faceret:ꝙ ſe tanta tam ingenti & tam ſępe cupita uoluptate tandem libere frui fineret:fauſtū fęlicemq́ꝫ eum diem dicere quo hominis amātiſſimi ſui primum tandem indicium cęperit: fuit autem ab Yſabella uehemēter increpita: ꝙ & laſciue nimis & petulanter ageret: ꝙq́ꝫ immodeſtius q̄ regię puellę mores & honeſtiſſime acta uita paterētur efferri ſe fineret:proinde facturam melius ſi ſe comprimeret ſi ferueſcentem illum animi motū & impetum cohiberet/ſi daret operam diligenter ne quid de ſe turpiter conſuleret:ne quid temere induceret animū cuius eā poſthac grauis & ſera pęnitentia maceraret/cogitaret ſecū & animo uolueret q̄ fragilis q̄ periculoſa/& q̄ lubrica fama pudoris in fęmina:qua ſemel amiſſa quid eſſe reliquum quod in uita poſthac optari magnopere debeat:fateri ſe paridem uirū nobi-

lem & ęgregiū omniq; corporis & animi uirtute prędítum & in quem rerum omninm natura parens omnes omnium dotes uirtuteſq; cōiecerit: tamen meminiſſe debere q̃tum inter ſe natalibus q̃tum generis atq; familię fortuna differant: q̃ diſpari ſorte & q̃ uaria inter ſe rerum conditione diſtent/meminiſſe debere etiā paternę laudis & glorię regię domus atq; familię qua nata eſſet/nec cōmittendum eſſe ut eam turpi aliquo dicto factoue macularet: & preterq̃ ꝙ eam uarii reges & principes uxorem ſibi peterent: Paridis eam eſſe natalium ſortem ut eū nunq̃ pater ſibi generum aſſumpturus uideatur/ꝙ turpe ac uelut probroſum duceret/pati filiam homini longe humiliori nubere/ & cuius ſeruili etiam iureiurando fidem aſtrictam habeat. his aut ſimilibus uerbis fida pediſſequa ac ſocia conatur animum muliebrem auertere. Verū (ut eſt in prouerbio) ſurdo canebat fabulam: tantum enim abfuit ne perculſum ac iam plane ſaucium puellę animum ab incepto diuerteret ut etiā multo inde factam accerbiorē pene ad ultimam uitę de-

ſperationem coegerit: nam ꝙ ſibi iri obuiam
uideret nec ſuis ſatis uotis libenter annui ue-
lut ſubito quodam furore concita uociferari
& exclamare cępit: proh deum atq; hominū
fidem quid nā hoc rei eſt? tene mea ſoror ad-
uerſari mihi? te meis uotis obſiſtere? quā unā
mearum omnium rerum conſciam ſemper &
uelut fidā ſequeſtrā fecerim / quā nullius unq̄
conſilii nullius unq̄ archani mei expertē eſſe
uoluerim quam meorum dolorū mearum mi-
ſeriarū ac calamitatum uelut ſpem quandam
atq; ſalutem unicam tutumq; & certum perfu
gium elegerim: o me miſeram o me infęlicē!
quid faciam poſthac? quo me uertam: quo me
cōferam: cuius fidem implorem? Si tu mea ſa-
lus / unicum meū pręſidium / ſi tu mea uita me
deſeris deſine itaq; ſi me amas deſine poſthac
ſi me ſaluam cupis id mecum agere quod cępi
ſti neq; meum mihi paridem excutere ex ani-
mo periculum facias: neq; fruſtra labores / ſic
enim iam inſedit ſic inueterauit ut ſine eo mi-
hi mea uita poſthac ſemper & inſuauis & acer
ba futura ſit: ꝙ ſi pergis adhuc eſſe moleſtior:

neq; meis precibus neq; lachrymis locum re-
liquum facis: ſi nulla te pietas nulla noſtri mi
ſeratio mouere poteſt: ſane ego libera atq; lu-
benti morte hanc unam extremam miſeriam
redimã: uimq; ipſa mihi & manus afferã / neq;
me ſinam poſthac uelut indies moribundam
hanc uitam infęliciſſimam uiuere: moxq; in
Paridis laudem uerſa preclara illius facinora:
& geſta militaria omnia accurate referre cę-
pit: illius uirtutem robur ac fortitudinẽ lon
ge mortalium omnium uirtuti pręferẽs cum
ecce interim duę adoleſcentulę aduenjunt: fo
res cubiculi pulſant Viennãq; foras ad ma-
trem euocant / quę ubi ſibi uidet abeundũ Yſa
bellem cohortata monile quoddã aureum ſi-
mul & uexillum album non nullaq; alia orna-
menta ſinu ueſtis celantes abeunt: quibus Viẽ
na gliſcenti indies magis & iam plane ueſano
amori gradũ maiorem faceret: Paridẽ enim
non amare ſolum: ſed iam plane deperire cę-
perat: magnoq; illius aduẽtum & incredibili
quodam animi deſyderio requirebat. cępe-
ratiã quoq; Paridis pater leuari morbo quo

paulo ante ęgrotaſſe meminimus: nec dũ ad
filium litterę ęgritudinem nunciantes allatę
fuerant: cum itaqꝫ eum illic iam eius loci ſacie
tas caperet urgeretqꝫ etiam uehemẽter Vien-
nę deſyderium tamen utcunqꝫ poterat id to-
tum uultũ ad lęticiam compoſito diſſimula-
bat / neqꝫ audebat eius rei quicq̃ Odoardo cõ
mittere: ueritus ne hominem amicum offende
ret / neu illi moleſtiam afferret quem ſatis inui
tum illinc abiturum eſſe cognouerat: Verum
poſt pluſculos dies ecce repente litterę adue-
niunt / quibus Paris fit certior patrem graui-
ter ęgrotare / admoneturqꝫ ſi eum ſaluum ſi ui
uum uidere uelit diligenter approperet: ca-
ptaqꝫ inde occaſione Paris litteras Odoardo
cõmunicat mentemqꝫ illi ſuam & animũ ape-
rit rogatqꝫ nequam inde męſticiam capiat:
neu id grauiter / ne moleſte ferat: minime unq̃
cõmiſſurum fuiſſe ut inde niſi eo iubente abce-
deret: uerum urgeri fatis & nimia quadam ne-
ceſſitate cogi quam non facile mortales om-
nes ſuperent / breui ſe tamen una illuc reditu-
ros pollicetur. Odoardus uero ubi cauſam

iuſtiſſimã uidet lubenter & ipſe annuit: para-
tiſq; ſubinde collectiſq; rebus omnibus mari
re profectionem approperant / atq; haud ita
multo poſt Viennam urbem appulſi: magnã
& incredibilem cunctis mortalibus leticiam
attulerunt: precipuoq; eorum aduentus gau-
dio Iacobo Paridis patri fuit: qui filium ma-
gna & ingentia illic ſue uirtutis ac fortitudi-
nis picula feciſſe cagnouerat: Paris uero pau
lopoſtq̃ paternam domum diuerterat cena fa
cta ubi iam dormiturus cubiculum peteret: ſe
cretum illud ticlinium ſubiit ubi ſupra ſacellũ
poſitũ memorauimus / ibi ſuo more factis ſup
pliciis cepit omnia luſtrare ac uelut ſecũ men
te oculiſq; reuoluere queecunq; inde diſcedens
reliquerat / atq; ubi que ſibi omnium chariſſi-
ma erant ſublata conſpicit: egre admodũ tu-
liſſe dicitur ſtomachatuſq; ſecum uehemẽter
uix pre dolore tota ea nocte ſomnum ſibi con
ciliare potuit: in craſtinum uero apud matrẽ
uehementer eam tam inſignem iniuriam que-
ſtus: rogare cepit quem ſe abſente intra cubi
culum admiſiſſet: aut cui tam incaute claues

paulo ante ęgrotaſſe meminimus : nec dū ad filium litterę ęgritudinem nunciantes allatę fuerant: cum itaq; eum illic iam eius loci ſacietas caperet urgeretq; etiam uehemēter Viennę deſyderium tamen utcunq; poterat id totum uultū ad lęticiam compoſito diſſimulabat / neq; audebat eius rei quicq̄ Odoardo cōmittere: ueritus ne hominem amicum offenderet / neu illi moleſtiam afferret quem ſatis inuitum illinc abiturum eſſe cognouerat: Verum poſt pluſculos dies ecce repente litterę aduenjunt / quibus Paris fit certior patrem grauiter ęgrotare / admoneturq; ſi eum ſaluum ſi uiuum uidere uelit diligenter approperet : captaq; inde occaſione Paris litteras Odoardo cōmunicat mentemq; illi ſuam & animū aperit rogatq; nequam inde męſticiam capiat: neu id grauiter / ne moleſte ferat: minime unq̄ cōmiſſurum fuiſſe ut inde niſi eo iubente abcederet: uerum urgeri fatis & nimia quadam neceſſitate cogi quam non facile mortales omnes ſuperent / breui ſe tamen una illuc redituros pollicetur. Odoardus uero ubi cauſam

iuſtiſſimã uidet lubenter & ipſe annuit: paratiſq; ſubinde collectiſq; rebus omnibus mature profectionem approperant / atq; haud ita multo poſt Viennam urbem appulſi: magnã & incredibilem cunctis mortalibus leticiam attulerunt: precipuoq; eorum aduentus gaudio Iacobo Paridis patri fuit: qui filium magna & ingentia illic ſue uirtutis ac fortitudinis picula feciſſe cagnouerat: Paris uero paulopoſtq̃ paternam domum diuerterat cena facta ubi iam dormiturus cubiculum peteret: ſecretum illud ticlinium ſubiit ubi ſupra ſacellũ poſitũ memorauimus / ibi ſuo more factis ſuppliciis cepit omnia luſtrare ac uelut ſecũ mente oculiſq; reuoluere quecunq; inde diſcedens reliquerat / atq; ubi que ſibi omnium chariſſima erant ſublata conſpicit: egre admodũ tuliſſe dicitur ſtomachatuſq; ſecum uehemẽter uix pre dolore tota ea nocte ſomnum ſibi conciliare potuit: in craſtinum uero apud matrẽ uehementer eam tam inſignem iniuriam queſtus: rogare cepit quem ſe abſente intra cubiculum admiſiſſet: aut cui tam incaute claues

cõmiſſę eſſent : periiſſe dictitans res nonnul-
las ſua ſibi uita chariores : mater rei nouitate
ac miraculo attonita negare quemq̃ intro a ſe
receptum niſi ſemel Dyanam principis uxo-
rem cum Vienna filia quę tum eius uirũ ęgro-
tum inuiſerant / eiq; rem totam uti ſupra me-
morauimus ex ordine retulit : ibi tũ Paris ira
ſpe/ metuq; ſimul inter utramq; ęſtuãs cogita-
bat cuius id culpa facinus admiſſum eſſet / cũ
illico ſibi tacita ac repens Viennę cogitatio
perculſit animũ : ſuſpicariq; cępit pendere eã
inde culpã totam ſi quę culpa dicẽda ſit / qua-
re ea cura tota depoſita ex animo Paris com-
ptus paratuſq; decenter palatium petit : ibiq;
principem Dyanamq; uxorem & Viennã fi-
liam de more reueritus ſibiq; ab omnibus ſa-
lute reddita honorifice excipitur : multoq; ibi
inter ſe ultro citroq; ſermone habito : cum eũ
princeps de multis uariiſq; rebus percõtatus
eſſet : Paris demum fine loquendi facto domũ
reuerſus eſt : ſtimulabat iam acrius Viennam
furoris inſania neq; iam amplius cohiberi po-
terat quin ſe ipſam proderet : itaq; Yſabelli rei

totius conſilium apperit:nolle iam magis tor
queri Paridem earum rerum iactura ac deſy-
derio quas ille ſibi ſubreptas crederet / quare
ſibi in animo eſſe cum de re tota certiorem fa
cere:probatur Yſabelli conſilium modo eius
agendę rei honeſta aliqua ratio ineatur: Vien
na eam ſibi curam relinqui poſtulat matrē cꝫ
adit ſeq; in animo ſecreta quędam habere ſi-
mulat:quibus anxia atq; ſollicita conſciētia
laboraret:ea uelle purgare & eiicere: & quia
diui Laurentiū prēſulem honeſtiſſimę uitę ui-
rum audiuerit:eum ad ſe uocari iubet: eiq; ſe-
creta omnia & archana cōmunicat: oſtendit
q̄tam inde lęticiam & q̄ magnam uoluptatē
cęperit:proinde rem ſibi gratā eſſe facturum
ſi ad ſe rurſus in craſtinum redeat:habere ad-
huc paulo ſecretiora quę illi quoq; uelit cō-
munia fieri:pollicetur p̄ſul ſeq; condicto pa-
ratum exhibet tum ibi Vienna ſcio pater in-
quit furtum paridi factū eſſe atq; earum rerū
quas ut audio ille omniū chariſſimas habuit:
qui cōtrectauerat malefitii pęnitens mihi re-
nunciauit petiitq; ſi quo pacto poſſem curarē

ut res ad dominũ ſalua redire poſſet: hoc ego munus lubenter ſubii eius amicitia & conſue tudine ducta: qui res ipſas clam & inuito do mino receperat: proinde rogo ut cras Paridẽ tecũ huc ad nos uenire iubeas: ſe id quoq; prę ſul facturum recipit: nondum quod intus do li ſuberat ſuſpicatus. in craſtinum uero mutua utrinq; ſalute reddita / Paridem Vienna pau lulum in partem alteram tractum alloquitur: paulopoſt inquit q̃ tu cum Odoardo in Bata uiam profectus fueras / mater & ego ſimul pa rẽtem tuum ęgrotũq; inuiſimus ibiq; dum li bere nimis toto palatio uerſaremur forte for tuna cubiculum tuum incidimus: ubi cũ mul ta ac uaria ornamenta conſpecta eſſent forte ut fit nonnullorum ego pulchritudine capta ea mecum detuli: quę tibi hactenus a me ſalua integraq; ſeruata ſunt: quare te mihi & parce re & totum cõdonare uelim / ſi quid forte in de mea culpa moleſtię cęperis: ad ea Paris cõ tra illi agere gratias reuerenter ſeq; parentes propinquos & affines omnes obnoxios oſten dere: abeſſeq; tãtum nequid inde moleſtię cę

perit ut neſciat ſi quid unquã in uita ſibi gra-
tius obtigerit id ſibi tantum ingratum eſſe:
non ea tanti fuiſſe q̃ti ipſe cuperet:& q̃ illius
uirtus & honeſtas poſcere uidebantur. ceterũ
nolle eam hiſce uilibus rebus eorũ metiri ani
mos quorũ corpora ſimul deuincta ſibi atq;
deuota habeat: & in quos uitę necíſq; impe-
rium ſuo iure exercere poſſit:ea dona haud ita
pridem ab equite gallo ſibi miſſa fuiſſe tum
ibi Viẽna ſubridens / nihil opus eſt inquit nar
rare mihi quę aut unde ea dona fuerint: ſatis
id ipſa quoq; compertum & exploratum ha-
beo:mirariq; magis lubet quid tu tandiu tuũ
iſtum in nos amorem celaueris:quare te rogo
per hanc noſtram iam poſthac perpetuam fu-
turam amicitiam fatere mihi uera quę te ro-
gauero. principio num tu is es q pro cubicu-
lo meo multa nocte fidibus canere/& excuba-
re conſueueris:deinde num penes te eorũ cer-
taminum uictoria ſteterit quę kal.maiis apud
Viennam ędita fuerant: & num ipſe tum te-
cum ſcutum cryſtallinum & ſertũ floreũ prę-
mia uictorię detuleris; poſthac num eo quoq;

FF

certamine uictor extiteris quod ſexto idus ſe-
ptembres Pariſiis magno & ingenti princi-
pū cōuētu celebratū extitit:ubi tum quoq; &
torques aurei: & tria uexilla quę pmia uictori
propoſita fuerant:& quę ipſa nuper in tuo cu
biculo ſuſpenſa uiderim:rogare eum quoq; &
obteſtari cępit in cuius gratiam ea tam prę-
clara facinora ędiderat: quod ſi quid eo4 for
te ſua quoq; cauſa factum eſſet:agere illi & ha
bere immortalem gratiam digniſſimumq; ui
deri ſua laude atq; mercede ſtudium: cuius ſe
quoq; in tēpore futuram memorem pollice-
tur / proinde eum hortari tātum ut earum re-
rum(quas ſūmo ſemp ſtudio cupierit)ſe q̄pri-
mum certiorem faciat ne ue ancipitem am-
plius ne dubiā & incertam animi ferri ſinat:
ibi tum Paris pudore quodam animi:& uere-
cundia prefatus ueniam:ſeq; ſuaq; omnia de-
primere & eleuare neq; dignum ſe ſatis neq; tā
ti putare ut gratiſſimi ſui in eam animi uete-
riſq; & iam inolitę a puero obſeruantię certū
ullum ſignum oſtenderet:nec de ea bene mere
ri ne ue ei q̄cq̄ gratificari poſſet:cupere id ta-

men imprimis neq; iam pridem apud ſe fuiſſe
quicq̃ antiquius q̃ id conari id eniti ut illa
omne ſuum ſtudium curam operam laborem
induſtriam rerum omnium ſuarum uitę etiã
ac necis arbitrium penes ſe ſolam collocatũ
agnoſceret:daturumq; operam recipit: ut id
quoq; impoſterum a ſe dum uiuat accuratius
factum iri perſpiceret:hocq; tantillo breuiq;
blandiloqo Paris miſerę puellę celatum ha
ctenus ſemper uehemẽtiſſimum amorem eli
cuit:uicta enim plane neq; ſui amplius com
pos iam & prodere ſeſe fateriq; ardorẽ & in
gens animi deſyderium cępit:monere horta
riq; hominem iubereq; bono animo eſſet tri
ſtitiam omnem luctumq; deponeret:futurum
breui ut aperto periculo noſceret parẽ apud
ſe dictis fidem conſtare.ibi tum Paris illi gra
tias agere exilire prę gaudio totuſq; geſtire
deniq; frõte oculis uultu lętitiã oſtẽderet: ſeq;
ſuãq; fortunã cuiq; uel ampliſſimo regi pre
ferre:rogare precariq; ſuperos diligenter ut
ſe eo tanto ſucceſſu rerum frui libere ſinerent
ne tantam tam ingentem & tam repentinam

lętitiam neu hoc tantum & tam inſperatum gaudiū nouo aliquo genere calamitatis ob/tegerent: eiq; hoc darent ut ſe in Viennam & gratum & perpetuo beneficii memorem oſtē/deret: habitoq; hoc ultro citroq; ſermōe mel/litulo creuit amor immodicus & uelut nouo quodam flammis iam ſęuientibus adhibito fomite utrinq; maius quoddam furoris ſuſci/tatur incēdium. Itaq; diſcedētes certum ſibi/ipſi diem preſtituunt quo denuo inter ſe breui conueniant: Paris omne conſilium Odoardo amico cōmunicat eiq; rem totā ex ordine ap/perit: ille prudēter admonet cogitare debere quod aut quale conſilium ineat magnum & ingens adiri facinus plenum laboris plenum periculi / proinde hortari hominem ne quid incōſulte ne quid temere inciperet: ne ſe per/ditum iret cogitaretq; potius ac ſecū ipſe re/uolueret: quorſum id tandem euaſurum eſſet / ꝙ ſi id certū omnino ac iam in animo ſecum conſtitutum habeat / cępta ſaltem prudenter atq; cōſulto regeret: neq; ſe fortunę: neq; mu liebri temeritati committeret: proponeretq;

ante oculos ſibi quanta & q̄ magna ſępe inde miſeris mortalibus pericula euenerint: fęminam incertū fallax uarium & mobile animal neq; regere ſeſe / neq; facile regi poſſe: contumax quoq; cupidum & indocile / imperioſum in cęteros / in ſe uix ſatis nō modo imperii ſed ne conſilii quidem alieni patiens: odiſſe facile & quauis etiā leuiſſima cauſa quos paulo ante uehemēter amauerit: cōtra aut raro aut nūq̄ amare quos ſemel oderit: pręterea multorū metuendam inuidiam / quot enim fore? qui ſiquid inde reſciuerint ſi quid preſenſerint continuo uel liuore uel odio at uel ſpe potius cupiditateq; pręcii ad principem deferāt: ibiq; rē totā grauiter & acerbe ac uelut ex ſtomacho criminentur: rem inauditam inexpiabile facimus audaciā incredibilem predicent: uociferentur accuſent: interea uero princeps Viēnę pater de filia matrimonio collocanda deliberat: ꝙ eam indies magis adoleſcere iamq; & nubilem & uiro maturam eſſe cognoſceret: ſimul & ꝙ uariis multorum principum interpellatus precibus erat: qui eam ſibi certatim

uxorem dari poſcerent: ſparſus ide rumor & uulgo temere exceptus ipſum quoq; Paridem aduolat: quo nuntio uelut graui uulnere ſauciatus: timere primum & expauſcere accuſare deide ſeſe & in ſe ipſum inuehere/temeritatẽ arguere ꝙ tam facile induxiſſet in animum eã ſibi datum uxorem iri quam tot tãtiq; principes tanto ſtudio tantaq; & tam ingenti contẽtione peterent: conari deinde & uehementer niti cępit: ut Viennam conueniat grauemq; illi querelam luctum atq; męrorem explicat: exprobrat contractam nuper interſe mutuã beneuolentiam: datamq; fidem ictumq; ſanctiſſimi matrimonii fędus expoſtulat: contra uero hęc omnia Vienna excuſare q̃uehemẽtiſſime poterat: faterią; patrem de ſuo matrimonio iniiſſe conſilia: neq; id Paridi mirum eſſe debere neq; ſe eſſe quę id patrem prohibere poſſet: uerũ ꝙ ad ſe attinet integra illi omnia adhuc & illibata ſeruari nullãq; in ea parte iacturam factam/ nullum adhuc detrimentum acceptum/ matrimonia non niſi mutuo conſenſu contrahi ſolita: ſe neq; patri/ neq;

cuiq̃ adhuc alteri prebuiſſe conſenſum: pro-
inde reſumeret animum metumq; omnẽ mę-
ſtitiamq; deponeret iureiurando affirmans:
nullũ preter Paridem ſibi unq̃ ſponſum futu-
rum. Eum ſolum eſſe quo cũ ętatem reliquam
& quicquid dierũ poſthac annorũq; ſupereſt
uiuere conſtituerit: qui cũ hanc miſeram totã
fluxam atq; caducã mortalitatẽ agere huma-
naq; omnia pericula ſubire & communicare
decreuerit: quare facturum illi gratiſſimum ſi
ſuum ipſe parentem adeat roget hortetur im-
pellat ut apud Principem ſe illi uxorem dari
poſceret: ſcire ſe ſatis q̃ duram atq; difficilem
prouinciam imperet q̃ magni certiq; pericu-
li onus imponat. Verum ita perſuaſum habe-
re nihil uſq̃ tam aut difficile aut arduum eſſe
quod non ille ſibi ſua cauſa facillimũ iudicet:
ibi tum Paris rei magnitudinẽ ſimulq; ingẽs
periculum reputans: tametſi attonito primũ
& uelut dubitanti ſimilis pauliſper hęſerit: ta
men ſe poſthac facturum quę peteret pollice-
tur. ſtatimq; conuẽto patre ei rem totam me-
morat priuatamq; ſed honeſtam conſuetudi-

nem quę cum Viēna ſibi intercederet aperit: illiuſq; amorem in ſe uehemētiſſimū & incredibilem beneuolentiā oſtendit: datam utrinq; fidem pactūq; matrimoniū: nihilq; iam reliquū factū eſſe / niſi ut & ſua & principis uenia ſponſalium pompa ſolemnitaſq; procederet: proinde eum rogare petere obſecrare per omnia iura paternę pietatis & amicitię ne eam ſua cauſa inuitus prouinciā ſubeat: & ut Viennam uxorem ſibi peteret: ſcire ſe ſatis inofficioſe & impie agere qui ad tantū & tam pręſens periculum parentem piiſſimū adigat: uerū ſe adeo nimii amoris iniuria diſtringi adeo torqueri ut niſi hoc impetret breui ſibi pereundum uideat. Pater primum caſtigata filii temeritate & impotenti audacia oſtendere cępit in quod periculū ambos in quo diſcrimine impingeret. Itaq; auerſari filii peſtilens conſilium fauciamq; / & uelut furiatam illius mētem conatur auertere. Verum ubi ſe nihil proficere conſpicit miſeratus adoleſcētis lachrymas illius periculo ſuum ipſe periculum metiens: cępit audere quod uehementer ex-

pauerat: certuſq; periculi fuit in apertã perniciem: Principem adit ibiq; eũ tremulus cõpoſita ut poterat oratione conuenit: ſcire q̃ frigida leui & q̃ ridicula cauſa uenerit: quam non modo aut petere aut impetrare ſed uel cogitare ſolum maxime temerarium & impudẽtiſſimum uideretur: proide petere ueniã precariq; diligẽter nequid ĩde moleſtię caperet: ne ſuccenſeret neu id ſibi fraudi aut damno cederet: inuitum quidem feciſſe ut ea cauſa uenerit: cęterũ filii precibus lachrymiſq; coactũ: ſcire eum ſatis quid ſibi amor paternus uelit: quid ſępe uel inuitis imperet: cupere Paridem ſi id ſibi liceat Viennam ſibi uxorem dari: nõ neſciũ tamẽ neq; ignarũ q̃ta ſit inter utriuſq; fortunam diſparitas. Verum in matrimoniis ut in pleriſq; rebus aliis non tam referre quã quiſq; fortunam ſecum quantas opes atq; diuitias ſed quos quiſq; mores & q̃ magnã animi uirtutẽ afferat: ſubdere alia cupiẽtẽ princeps repentino quodam calore concitus loquẽtem adhuc interpellauit: ac faceſſere procul hominem iuſſit: uetuitq; poſthac ipſum ſi

GG

mul & filium Paridem in conſpectum uenire: qua una re ſenex perterritus propere abiit: filioq; omnia narrauit ex ordine: interim uero Princeps qui plurimum inde animo irę indignationiſq; cōceperat: deambulabat in atrio palatii ſolus eamq; inſignem iniuriam tacitus ſecum coquebat uerſabatq; ſub pectore: facile uultu indicans neſcio quid intus premere quod ei ualde moleſtum eſſet: eoq; territis circunſtātibus omnibus/familiarium nullus audebat irrumpere: cum itaq; longum ſatis ſilentium tenuiſſet: Viēnam ad ſe uocari iuſſit eiq; rei totius indignitatem apperuit: rem nuper ad ſe delatam fuiſſe quę ei mentem totam animumq; turbauerit: ueniſſe enim ad ſe delirum illum ſenem atq; ridiculum Paridis patrem cuius eo temeritas inſaniaq; prorupetit: ut eam filio ſuo uxorem petere non erubeſceret: quo nihil unq̄ in uita indignius ei uiſum eſt/ hominem ea ſorde natalium in quem uitę etiam ac necis imperium habeat: audere principis filiam filio ſuo uxorem petere: tāq; ſibi ſordere ac deſpicatam eſſe principis ma-

ieſtatem:q̄ niſi ueterum in ſe beneficiorũ me-
moria prohiberet:haud impune abituꝝ: tan-
tũq; crimẽ capitis etiã ſupplicio luituꝝ:pin-
de eam ſperare ac bono animo eſſe iubet:da-
turum breui operam ut longe diſpari ſorte na
taliuꝫ maritum habeat:tantum enim abeſſe
ne illius generis uelit ſordibus implicari: ut
eam aut milies emori malit aut perpetuo ui-
tam in cęlibatu uiuere: uirginemq; ueſtalem
fieri: Vienna cognita patris uolũtate iratoq;
& indignato animo uerita nequid inde Paris
periculi incideret: Odoardũ fidũ illius ami-
cum euocat:ei patris furorẽ & animum indi-
gnãtem aperit:rogatq; Paridem hortetur ut
ſibi caueat:ne ſe paſſim omnibus cõmittat:ne
temere cuiq; ſui copiam faciat:contineat ſe
dies aliquot domi:nec in publicum prodeat:
interea daturam ſe operã diligẽter ut quoquo
pacto parẽtis iram leniat: Odoardus prope-
re iuſſum exequitur Parideq; conuento expli-
cat quod a Vienna mandatũ acceperit:prin-
cipis iram ingentẽq; animi acerbitatem oſtẽ-
dit:furere adhuc & uelut inſanum ferri ea in-

dignitate quam nuper ex eius patris oratione conceperit: nec ſatis ſecum eam tantam iniuriam poſſe concoquere: nec eſſe tamen ex tanta domeſticorum turba qui eum aut ſolari aut conuenire audeat: Viennam id ſolam auſurã / nec tamen adhuc id ſatis fidẽter: ueritam uulnus adhuc recẽs medicinam reſpuere: capta turam tamen temporis & occaſionis articulum: momentaq; omnia diligẽtiſſime obſeruaturam: quibus id fieri cõmodiſſime poſſit: interim facturum eum operepręcium ſi hanc uelut preſentem furoris procellam & tempeſtatem fugiat: ſi animi irati declinet impetũ: ſi det conſilio locum cõcedatq; tantiſper aliquo dum ille ad ſe aut ſuo ipſius aut alieno cõſilio redeat: ſcire eum ſatis q̃ multis ſępe funeſtum fuerit principis indignãtis iram uel iniuſtam periclitari uoluiſſe: nam tametſi apud cęteros ſua quęq; conſcientia fidentem ac ſecurum faciat / apud principem tamen id audere ualde piculoſum eſt: cũ is uelut ſuo quodam peculiari iure faſtuq; imperii / quicquid collibuit ſemel id etiam ſibi licere putet q̃uis

nõ liceat:/alienamq; iniuriam ſumum ſibi ſepe ius facit: Ad hec Paris facturum ſe quę iuberet fidiſſimoq; eius conſilio paritu*r*: tã etſi id & acerbũ & imprimis ſibi moleſtum eſſet: Verum anteq̃ alio diſcedat uelle ſe Viennam cõuenire uel ſi id ſibi quoq; mortis periculo ſit audendum: eo uſq; furoris eo inſanię uęſanus amor mentes mortaliũ agitat ut neq; ſuũ ſibi quo ſępe carent nec alienum ſatis conſilium accomodent: magiſq; tum inſaniant cũ ſanum ſibi capere conſilium uelint: tũq; maiore mentis impetu (uelut eos quodam trahente fato) in prçceps preſenſq; periculum impingant.

Allobrogicę narrationis libri primi finis.

ALLOBROGICÆ NARRATIONIS LIBER SECVNDVS INCIPIT.

PARIS INTERIM uariis anxius curis atq; ſollicitus/cum & morte duriorem profectionem duceret & longiorem quoq; illic moram periculi plenam eſſe conſpiceret/ fideretq; tamen aliquãdiu latere poſſe inter ſpem metumq; fluctuãs ęſtuabat: neq; ſibi tamen quoquo pacto animum inducere poterat antea longius aliquo proficiſci: q̃ Viennam conueniſſet: itaq; toto pectore in eam curã incumbit/ datq; operam diligẽter (tametſi id arduum atq; difficile uideatur) ut uoti cõpos fiat. Erat parte una palatii feneſtra quędam demiſſa ſatis nec ita procul a ſolo diſtãs & de qua facile haberi colloquium uoxq; utrinq; audiri citra omne periculum poterat: ea ambo collocuturi conueniunt: ac ſimul eo uẽtum eſt/ paris magno ſu-

ſpirio inſit:quando deos homineſq; tantope-
re rebus noſtris aduerſarios uideo atq; unde
uiam unam ſalutis fore ſperaueram pene inde
ultimum nobis exitium conflatum aſpicio/
neq; iam poſthac nobis aut in honeſtis nup-
tiis aut in legitimo thoro ſpes ulla ſupereſt.
Dũq; ea eſt principis in me ſęuitia ea ira is ar
dor animi:ut quod poſtremis quoq; ſeruitiis
liberum & innoxium eſſe ſoleat id in me uno
capite uindicandũ putet:cedam inuitus tem-
pori furoriq; locũ dabo faciamq; quod abs te
mihi mamdatum eſt ibo hinc aliquo procul/
ablegabo me ipſum & ultro miſer exulatum
me cõferã / magis me hercle qui tibi uni par-
cam famęq; tuę pıculũ minuã : q̃ ut meo ullo
q̃tocũq; diſcrimine territus eſſe uidear:cęte-
ſcio ipſe q̃ ſit lubrica fama pudoris in fęmina
q̃q; paulo momento ſępe periclitari ſoleat / q
niſi id obſit extrema omnia potius experiri
malim / q̃ hinc lõgius abcedere / quãdo eo ni-
hil in uita mihi grauius nihil unq̃ poſſit du-
rius accidere:quare ueni qui tibi triſte ac mi-
ſerum uale dicerem : & quando proprius non

liceat:eminus ſaltem hac ultima atq; funeſta uoce te ſalutarem:mirum q̄ his pluſculis uer-bis mollem iam ſatis ſuapte natu ra atq; pro-cliuem puellę animum fregerit: quę ſimulac Paridem de ſua profectione cępiſſe conſilium uidet:ſe quoq; illi futuram comitem pollice-tur/neq; paſſurā eſſe ut ſine ea lōg ius uſq̄ ab-cederet:proinde monere hortariq; hominem cępit ut ſe a patria ꝑcul abduceret/ ac ſimul ambo longinquum aliquod ſolū peterent:ubi & libere & ſine ullo periculo eis uiuere liceat: duo tātum petere & obteſtari/ quorum ſibi fi-dem iureiurando firmari poſtulet: primo ne priuſq̄ thedis nuptialibus ſolemniq; matri-moniorum ritu coniuncti eſſent peteret ab ſe aliquid:neu uirginalem pudicitiam attenta-ret:deīde uti bona omnia fortunas opes diui-tias facultates quęcunq; poſthac ſibi uentu-rę eſſent: Yſabelli cōmunes faceret:quoꝝ ac-cepta fide iubet abire paridē ac propere om nia quęcunq; neceſſaria uiderentur apparare: ſe interim domi corraſuram quātū auri argē tiq; uiatico ſatis eſſet,Cognita Vienne uolū-

tate Paris impigre negotiũ approperat / uo-
catoq; ad ſe Georgio quodã e domeſticis / ho
mine fido & imprimis ſibi familiari cuiuſq;
fidem uario rerum periculo iam ſatis explo-
ratam habebat / apud hunc cõmentum haud
illepidum & ſatis rei tegendę idoneum expli-
cat / eſſe ciuem in urbe hominem ſceleratum
& perditũ quocũ graui & capitali odio diſ-
ſideat & abquo nuper inſignem iniuriam ac-
cepetit : decreuiſſe itaq; uindicare & ulciſci
quoquo pacto poſſit: nec ſibi unq̃ ſatis quie-
turum animũ niſi flagitioſiſſimi hominis ſan
guine ac cęde ferrum manuſq; cruentauerit:
proinde ſi unq̃ antehac uel tum maxime opus
eſſe ea fide ac taciturnitate quas in eo dudum
expertus fuerit / ſi ut in cęteris omnibus ſic in
hac quoq; re una ſibi cupitiſſima operam na-
uauerit: daturum ſe operam diligẽter ne quid
eum ſui laboris aut in ſe impenſi ſtudii pęni-
teat: ad hecq; etiam abunde pręcium pollice-
tur. Demum facturum ſe ille quę peteret reci-
pit celaturumq; omnia iureiurando obligat.
Itaq; eũ Paris iubet aquas mortuas profici-

olim ma-
rianę foſſę
dicebãtur.

ſci (oppidum id eſt maritimum narbonenſis prouinciȩ) ibiq; triremē omni apparatu nautico inſtructā habere / ſimul & quinto quoq; lapide celeres equos & deſultorios ponere / quo facilius ac expeditius uiam omnem emetiri poſſit / eiq; ad omnia dat abunde pecuniā. Paulomox uero paratis iam rebus omnibus Paris Viennam admonet ſilenti ac concubia nocte abeundum ſopitis ac iam ꝓfundo ſomno ſtertētibus grauatiſq; domi omnibus ne quis abeuntes agnoſceret: ſe itaq; illic affuturum in tēpore / ne ipſa quoq; occaſiōi deeſſet: e poſtico palatii oſtiolum quoddam ſatis latens & tectum eſſe: ea parte maxime ſibi tutū exitum uideri: curatum id ſibi ſatis atq; prouiſum Viēna aſſerit: parataq; ſibi cȩtera omnia domi: neq; per ſe cōſilium turbatum iri daret modo ipſe operam curaretq; quod ad ſe attinet diligēter: conuentum ut ſigno dato propere exiret / Paris interea domum diſcedit tātiſper illic futurus dum aduesperaſceret: iubetq; Georgium qui iam aquis mortuis redierat: ſternere equos & extra urbem ducere / il-

lieq; paratos in pomeriis habere prẹſtolariq;
dum ad ſe ueniat; interim uero iam appetente
hora Paris ad condictum approperat: datoq;
ſigno Viennam foras euocat / illa quę neq; ſe
ſomno neq; ſopori dederat ſed uigili ſemper
ſollicitoq; animo excubabat: dũ Paris ſignũ
proderet / cũ Yſabelle fidiſſima ſocia prope-
re palacium egreditur: egreſſas Paris eo recta
ducit ubi ſe Georgiũ cum equis iuſſerat prę-
ſtolari / quo ſimulac uentum eſt: equis propere
conſcenſis iter arripiunt / uerum id ſatis infę-
lici auſpicio: ſi quidẽ initia magis hyſtorię q̃
extrema & rei totius euẽtum ęſtimare libeat /
illico enim ſubita ac ſęua tempeſtas cohorta
eſt: mixtuſq; ſęuiſſimo uento imber quidã im-
modicus / qui totam eam noctem ſimulq; diei
ſequentis maximam partem aſſiduo nymbo
nubiloq; turbauerit / neq; tamen illi magis cę
ptum ſemel laborem deſinunt ut qui ſe immi
nenti periculo ſubducere cuperẽt: Iam adueſ-
perauerat & neq; ſe illi adhuc neq; equos fa-
me ſitiq; & aſſiduo labore fatigatos refece-
rant: preteruectiq; adhuc oppidum quoddam

in uia quod non auſi ſunt introire ne quis eos
forte cognoſceret:parte altera haud ita pro=
cul ab oppido ſacellum quoddam ruſticanum
aſpiciunt:eo corpora curaturi eamq; noctem
acturi ſe cōferunt:ſuſcepti beniuole & amice
a ſacerdote qui ei phano p̄erat / habitiq; pro
facultate rerum hylariter ac iucūde:primoq;
inde diliculo abeuntes recta profecti ſunt uē=
tumq; ad flumen quod tranſmittendum erat:
profundum q̄dem illud & altum & quod plu=
uia nocturna uehementer increuerat / diffici=
leq; admodum uado traiici poſſe uidebatur /
nec genus ullum nauigii aderat quo traduci
poſſent:inter hos fluctus ęſtuſq; animi Paris
iubet Georgium ſecundo flumine proficiſci /
ſpectaturum ſi qua ſui parte flumen uadandi
poteſtatē faceret:is dum ſe nimis incaute flu=
mini cōmittit in mediis undis equo prolapſo
in ceruicem effunditur / ſicq; ambo rapido ac
uorticoſo flumine abſorpti atq; ſūmerſi ſunt:
triſte id ſpectaculum paridi graueq; imprimis
ac permoleſtum uiſum eſt : uerum ne metū ul=
lum Viēnę aut męſticiam afferret diſſimula=

uit oris habitu q̃tum inde animo triſtitię con
ceperat: traiiciendiq; fluminis ſpe omni de-
poſita ad ſacellũ reuerſi ſunt unde paulo an-
te profecti erant: ibi tum Paris uocatum ad
ſe ſacerdotem iterrogat ſi quo pacto aut par-
te ulla flumen illud tranſmitti poſſet: nega-
uit ante triduum poſſe/ quo euaneſcēte aqua
illa ſubita ac pluuiali flumen priſtinum ſuum
alueum reciperet: magnam ea res paridi mo-
leſtiam attulit: q; ſibi conſcius facile cogno-
ſcebat q̃to illic uitę periculo ageret: proinde
iubet ſacerdotem uicinum oppidum petere il
licq; fabros: lignarios alioſq; opifices q̃ta-
cũq; mercede poſſit conducere/ qui aut ab ar
bore ſibi lintrem cauerent aut temere e proxi
mis ſiluis cęſa materia ponticulum iacerent:
id ſi curet approperare tam ſe ei gratũ eſſe fa-
cturum q̃ quod omniũ maxime: promittit ſe
ille omnia ſedulo curaturum: & ob eam rem
continuo uicinum oppidum petiit: Iam faci-
nus domi apud principem uulgari cęperat to
toq; palatio abductę regię puellę rumor ĩcre-
bruerat: luctuq; omnia triſtitia ac męrore mi

ſceri cęperant / fuitq; tam inſigni iniuria ac-
cepta Princeps uehementiſſime cōſternatus /
uix ut in tanta rerum perturbatione tantoq;
& tam infami domeſtico probro idoneum ſa
tis conſilium caperet: dimiſſis tamen undiq;
exploratoribus in finitimas urbes uicinaq;
oppida & uillas / itinera omnia priuataſq; &
publicas uias obſideri iubet: indicibus prę-
mia decernit: mittit quoq; qui capitale futu-
rum receptatoribus nuncient: niſi continuo
deferant: forte tum in eo oppido edictum de
tabella cęperat recitari unde ſacerdos fabros
lignarios accerſitū ierat: qui ubi in foro pre-
conis uocem audiuit / perculit illico ſibi ſuſpi
cio animum: eamq; rem totam ad ſe ſpectare
intelligens: illico domū rediit: paridiq; om-
nia narrat ex ordine / rogat abire domo pro-
pere & fuga ſibi conſulere: periiſſe niſi acce-
leret / & iamiā affore qui ipſum incautum op
primant: miſſos undiq; exploratores / & iam
uias oēs paſſim obſeſſas teneri: eoq; uelut no-
uo ſtupore animi Paris attonitus / neq; ſe quor
ſum uerteret neq; quod aut unde cōſiliū cape-

ret exploratum habebat: cogebat etiam ur-
gens ac uelut extrema periculi occaſio Vié-
nęrem totá prodere ꝙ neqꝫ differri amplius
neqꝫ celari citra perniciem poterat. itaqꝫ do-
mum reuerſo: Vienna ubi toto uultu pallo-
rem ubi ingentem & inſolitam męſticiá aſpi
cit/diligenter interrogat ſalue ne res eſſent?
aut quid eum perturbatiore animo eſſe con-
ſpiceret? triſte inquit & miſerãdum nuntium
apporto: & quod tibi mihiqꝫ ſimul niſi dii
auertãt ultimum uitę periculum afferat: qua-
re tãtum inde concępi doloris animo/ut niſi
me puſillum neſcio quid remoretur mortem
lubens ipſe mihi cõſciſcerem: uerſuſqꝫ in que-
relas & luctus conqueri ſecum & ſuperos gra
uiter accuſare cępit ꝙ non ſe potius mori mi
lies feciſſent q̃ id cõmittere ut in tantum & tã
pręſens uitę diſcrimen Viennam adduceret/
imprecari itaqꝫ id ſibi totum & in ſuum caput
uéturam omnem perniciem uertere: ſeqꝫ mi-
ſerum ſe infęlicem dicere ꝙ non fideliſſimis
olim Odoardi cõſiliis paruiſſet: infauſtumqꝫ
& inauſpicatum diem abhominari quo tam

miſeri amoris male ſana cõſilia cępiſſent:ſtri
ctoq; in ſe mucrone parum abfuit quin mori-
bundus in illũm incũberet ęgre a Vienna pro
hibitus quę ſumpto uirili animo illi uiolẽter
excuſſit e manibus:caſtigataq; hominis inſa-
nia atq; uecordia cum uehementer increpuit/
ꝙ tã molli fractoq; animo eſſet : ꝙ ſe fęmina
fragili & imbecillo ſexu demiſſius gereret/
ꝙ ſe nimis abiiceret: ꝙ ita prorſus corporis
iuxta atq; animi uiribus caderet:uirtutẽ pro-
ſperis rebus tacitam obſcurari/ aduerſis noſci
atq; probari melius : proſperas enim res &
ſecundas fortes iuxta ignauoſq; ferre:aduer-
ſas non niſi fortes uincere : nam ubi parentũ
exiliũ:liberoꝝ cędem : coniugum raptum : tẽ
plorum incẽdium:urbium direptionẽ : patrię
uaſtitatẽ poſitã ante oculos uideas : ubi teip-
ſum peti : ubi cõpedes:ubi uincula necti:ubi a
lictoribus uirgas ubi ſecurim expediri ubi te-
ipſum prope rapi ad mortem aſpicias : ubi
id genus uarios humanę uitę caſus & uelut ſę
uientis fortunę procellas irruentes & deto-
nantes audias: ibi non cõmoueri ibi non per-

turbari animo ſane magni excelſiq; & a natu
ra bene cõpoſiti ac inſtituti animi ſũmũ indi-
cium eſt:hęc fortitudinis uirtus hęc laus ea ue
ra gloria ut proſperis non efferri ſic nec ad-
uerſis frangi nec his ſe pati ſuccumbere:qua-
re ſi me amas ſi me uiuam & ſaluam cupis:re-
ſume uirilem animum teq; ſaltem ad hoc no-
ſtrum exemplum compara atq; ſic cogita ut
proſpera olim moderate modeſteq; tuliſti ſic
hęc iam aduerſa tibi fortiter eſſe tolerãda for
tunęq; aleam omnem intrepide ſubeũdã quę-
cũq; ſe nobis obtulerit/proide abi hinc pro-
pere teq; huic tanto periculo exime q̃tum po-
tes neq; te mei cura ulla ſollicitet:noui ego pa
ternum in me animum illiuſq; indulgentem
naturã mite & facile ingenium cognitum ſa-
tis & exploratum habeo.Scio ubi me coram
uiderit mitigatum iri furorem totumq; illum
impetum animi poſiturũ quo iam nobis ab-
ſentibus carnificem crucem ſęuaq; & truculẽ
ta ſupplicia minitatur:hoc unum magis me-
tuendum eſſe ne ſi nos ambos ſimul compre-
henſos uinctoſq; duci uideat exulcerato cõ-

motoq; magis animo de utroq; ſumi ſuppli-
cium iubeat/ hoc peto tantũ hoc unum abs
te poſtulo ut ne mei magis per abſentiam ob-
liuiſci uelis neu me minus abſentem cogites:
pollicita fore: ut quandocũq; reuerſus eãdem
apud ſe fidem eundemq; animum ſibi ſeruatũ
inueniat: detractũq; anulum aureum cũ ada-
mante miri ualoris atq; pręcipui ei dono de-
dit uelut pignus & hoſtimentum futurę inter
ſe perpetuę amicitię. Paris audito fęminę cõ
ſilio miratus pene cum ſui pudore ingentem
illius conſtantiam dato utrinq; mutuo com-
plexu propere illinc abiit unico tantũ ſeruulo
comitatus ubi autem ad fluminis ripam ue-
niſſet: unde paulo ante aquarum metu ſubſti-
terat uelut iam rebus omnibus deſperatis
ſuaq; ipſius deplorata ſalute mortis magis q̃
uitę cupidus: incautus flumen ingreditur ubi
tamen aqua iam nonnihil reſidente prebẽteq;
ſeſe alueo in alteram ripam euaſit illincq; cõ-
tinente labore ſic ut biduo toto cibum nõ ca-
peret: Aquas mortuas appulit ubi conſenſa
naue quam ſupra ſibi paratam eſſe retulimus

proſpero uēto ianuam aducctus eſt redēptoq; ibi annua mercede domicilio triſtem & męſtā uitam agere cępit ſe fletu ſe lachrymis & męroribus macerans: Interea temporis Vienna in ſacello reperta magno comitatu ad patrē deducta eſt: ac ſimul in eius conſpectum uenit genibus obuoluta precari ueniam cępit ſe crimen agnoſcere ſe culpam fateri ſed quam duro amoris imperio cōmiſerit / qui non in ſe ſolam ſed in omnes ęque mortales imperiū exerceat: preterea nō ſe ſolam eſſe quę eo genere culpę peccauerit multas quoq; eſſe alias ſimili morbo implicitas: Verum nihil eo magis ſuum facinus minui ſi quidem id facinus ſi id peccatum habendum eſt amare eum pudicitia adoleſcētem nobilem & egregium & qui non ſuo modo ſed primarię cuiuſlibet & opulētiſſimę feminę amore digniſſimus uideatur / Verum quando ita inquit tibi pater uidetur habes apud te tui arbitrii habes tui iuris filiā habes captiuam & ſeruā ſume quoduis de me ſupplicium ſume uindictam & animum tuum ultione ſacia ęde etiam ſi lubet in nos ſeuerita

tis exẽplum memorabile & quod in poſteros trahi poſſit: feram id totum ęquo animo modo teſtatũ apud te relinquã nullã adhuc apud me iacturam factam pudoris nullumq; adhuc uirginalis pudicitię detrimentum acceptum eſſe: Cuius rei fidẽ factura protulit teſtẽ preſbiterum eum apud quem ea nocte diuerterat qui ubi omnia ex ordine palã replicuiſſet uti ad ſe defeſſos multoq; & aſſiduo labore fatigatos exceperat: ubi cęna facta diuerſis thoris uariiſq; cubiculis dormituros occluſerat prorſus ut nihil non ſanctum non pudicum nõ caſtum non agnouerit modo ſed ne capere quidẽ cõiectura potuerit: Qua una re princeps magnam & incredibilem animo lęticiã accepit/ donatumq; multis a ſe muneribus ſacerdotem dimiſit: aprehenſaq; interim puellę manu eam in ſecretum quoddam cõclaue deduxit ubi illius mater filię deſyderio ac luctu grauiſſime decubabat: ibiq; eam pater adhuc uehementer increpitam paterna quadam ſeueritate coarguit: q probo perpetuo inſigniq; infamia genus omnẽ & familiam nobiliſſimã

maculaſſet:uerum maximã fere criminis par-
tem in Paridem tranſferẽs:ſęua illi ſemper ac
triſtitia minabatur: neq; tamen adhuc Vien-
nam illiuſq; conſciam ancillam pęna omni li
beraturus uidebatur: quare Vienna uelut aut
iam ſui nimium ſecura aut imbecillitate mu-
liebri fęmineoq; auſu & temerario cõſilio aut
quod ueriſimilius uideatur:ꝙ non ſatis ęquis
auribus iactatas in paridem minas audire po
terat: fortiter magis q̃ ſapiẽter in patrem ita
loquuta dicitur: Video pater inqt multa nos
adhuc & crudelia ſupplicia manere quo mul-
to minus & dierum nobis & huius noſtrę mi-
ſerę uitę ſupereſt:neq; tamẽ q̃tũcunq; ea par-
ua futura ſit me ſane adhuc pęnitet/ita neſcio
quomodo mihi ipſa moleſta ſum ita mea uita
mihi & inſuauis & prorſus ingrata eſt: quare
uiſum eſt ſatius & cito & tibi uerum prodere
q̃ id aut differre magis aut habere clanculũ:
Teneor(inquit)amore Paridis ſic ut hominẽ
deperire & prorſus ardere uidear: ꝓinde tu ſi
uidetur & te tuo metu & me hoc meo dolore
grauiſſimo uno ictu libera:hoc una re tantũ

potes ſi(quod facturus etiam uideris eſſe len=
tius)propere mihi uitam ademeris quo diffe
res amplius eo multo plus nobis doloris affe
res neq; te ſatis decebit neq; patrio ſatis ani
mo conueniet filiam de qua ſemel capere ſup=
plicium uolueris uariis & uelut aſſiduis dolo=
ribus cruciaſſe:hoc uelut intẽpeſtiuo collo=
quio pater offenſus:ſeſe illico extra cubiculũ
proripit plenuſq; irarum & indignationis:
Iacobum Paridis patrem ſenem licet ac pene
decrepitum duci in uincula iubet illiuſq; bo=
na omnia publicari imperat: Viennãq; ſimul
& Yſabellem ſociam in ergaſtulũ recludi mã=
dat ibiq; eas cibi potusq; penuria macerari
donec ſibi ſatis ſupplicii pęnarũq; dediſſe ui=
derentur:remiſſam uero paulopoſt Viennam
prĩceps decori priſtino ac dignitati reſtituit
haberiq; in pari cultu ornatuq; cępta eſt quo
ſemper ante conſueuerat/unde nõ parum do=
mi paſſim lętitię ortum eſt fuitq; ea res cum
pleriſq; aliis tũ Odoardo Paridis amico gra=
tiſſima qui ſibi datam inde multo maiorẽ oc=
caſionem crederet abſentis & afflicti Paridis

conſolandi maior enim aç multo liberior Viennę conueniendę facultas facta uidebatnr unde utriuſq; ad alterum fieri internũcius poſſet quando nullo in ea re adminiſtro uti fidelius poterant: Interea princeps de filia matrimonio collocanda deliberat ſcribitq; ad amicum & eius affinem Flandrię comitẽ magnę & ingentis potentię uirum habere ſe domi filiam iam annis maturam & plane nubilem / proinde eũ rogare petere obſecrare pro iure ueteris ſuę neceſſitudinis uti ex primaria nobilitate uirum circunſpiciat cui pro cõditione natalium honorifice locari poſſit id ſi diligenter curet rem ei facturũ eſſe gratiſſimã: Vienna uero tametſi iam & ſoluta uinculis & carcere emiſſa tamen nihilo facta uidebatur hylarior quin eandem ſemper uultu triſtitiam preferebat quod pater admiratus tanti huius meroris cauſam interrogat / iubet bono animo eſſe męſticiam omnem deponere ex animo / ſe illi omnia cõdonaſſe quibus paternum animum leſerat ſe ueterum omnium rerum oblitum & immemorem factum exẽplo

futurum ſi quid ipſa petierit nihil enim tanti unq̃ apud ſe fore quod non illa facillime impetret: Vienna agere illi ſupplex gratias / agnoſcere paternam in ſe lenitatem & indulgentiã oſtendere nullam aliam cauſam męroris q̃ ꝗ erat uerita ne quid penes illum adhuc priſtinę offenſę reſideret: timendi cauſam dicebat ꝗ quoſdam adhuc uideret eſſe captiuos quos quoddam uelut huius inuidię incendium afflauerat. Itaq; quãdo pater illi omnia tam beniuole remiſiſſet: quando ei quę uellet tã prolixe petendi poteſtatem faceret: petere ac rogare ut Iacobum Paridis patrem hominem ſenem & annoſum e uinculis liberet / ut illi bona omnia agros prędia uillas caſtella ut ueſtẽ auream & argenteam ut domeſticam omnem ſuppellectilem ut diuitias opes facultates honores magiſtratus imperia ei reſtitui iubeat: quibus ſua cauſa nuper indigne priuatus fuerit: quod ſe illico pater facturum eſt pollicitus: Interea uero Flandrię comes cuius paulo ante meminimus acceptis a principe Allobrogum litteris quibus eũ de filia matrimo-

nio collocanda rogauerat:rem curat ſedulo/
tentareꝗ per internuntium cępit regis Bri⸗
tannię ac ducis Burgundię animos ꝙ utriꝗ
maturę iã ętatis liberos eſſe cognouerat: atꝗ
ubi rem utrinꝗ proſpere ceſſuram intelligit/
amicum principem monet/curata omnia ac
a ſe prouiſa quę illi mandauerat: delectoſꝗ fi⸗
lię maritos principes uiros excellentiſſimos
ſupereſſe tantum ut ille optionem faceret cõ
conſultaretꝗ diligenter utrum eorum magis
generum ſibi cuperet:& quando ab eo conſi⸗
lium peteret tametſi in tanta & tam ampla
utriuſꝗ rerum omnium fortuna nullum ſibi
ſatis certum conſilium uideretur ita ſibi om⸗
nia icerta & dubia utriꝗ a natura datę dotes
innumerę facerent:tamẽ ſibi potiorem uide⸗
ri ducis Burgundię filium ꝙ & magis uicinus
erat &(quod non leuis quoꝗ momenti uide⸗
batur) quia proxima cognatione potentiſſi⸗
mum Gallorum regem attingeret/cui id ma⸗
trimoniũ nõ ingratũ fore cognouerat : pro⸗
inde ageret ipſe & quod e re ſua cõmodius ui⸗
deretur eũ breui cõmonefaceret. Interea Pa⸗

ris qui iam triſtis męſtuſq; ianuā appulerat ſol licitus parentum curę Viennę męroris atq; triſticię ne quid illi ſibi de ſua uita triſtius qcq̄ induceret: miſit in Galliam nuntium cum literis quarum alterę ad patrē alterę ad Odoardum ſcriptę erant ambę in hanc ferme ſententiam litterę ad patrē: Nihil eſt quod ego prę nimio dolore & lachrymis ſcribere ad te poſſim & ſi quid eſt forſam totum id triſte ac luctuoſum futurū eſt: nā quid ego mi pater ſcribere ad te audeam qui mea maxima culpa te ſenem atq; decrepitum: rebus tamē adhuc & gloria florentem in tantam iſtam & tam acerbam rerum omnium aſperitatem cōieccerim: qui te in iſtum luctum iſtum męrorē & lachrymas inſontem iuuenili temeritate pręcipitauerim: qui te ſūmo genere natum ſūmis honoribus functum: tāta principum gratia tot opibus tot clientelis & amicitiis ſeptum: ſubito uero hiſce rebus omnibus orbum uelut hoſtem patrię ac maieſtatis reum in uincula rapi tetroq; atq; funeſto carceri mancipari coegerim/ me miſerum me infęlicem qui tibi

Epiſtola paridis ad patrem.

qui pietiſſimę matri tot erũnarum tot fletuũ tot lachrymarum tãtam & tam uberem materiam dederim: ſed neq; tãta hęc in te impune commiſſa ſunt ſatis ipſe quoq; pęnaꝝ gero qui me aſſiduo mętore aſſiduo luctu macero qui humano omni cõſortio uitato ſolus ipſe ſquallidus & merens in ampla & uaſta ſolitudine habito qui a me humanũ omne ſolatium omne leuamen omne auxiliũ: qui deniq; oẽm omnium reꝝ uoluptatẽ abdico: qui mihi neruos & uincula necto nec adeo tamen adhuc id facio ut mihi ſatis ad ſupplicium uideatur: ꝙ ſi te mi pater pro tua in me clementia ſũmaq; & incredibili quãdam pietate totã hanc culpam mihi condonaturum ſperare potero / & ſi tu quicquid inde laboris periculi dãni qcq̃d inde moleſtię cęperis id mea cauſa totum obliuiſci uelis ſane multo leuior mihi meę uitę finis futurus eſt quem ego iam fere pręſentem inſtãtemq; eſſe ſentio: nam quod ad me meęq; ſalutis rationẽ attinet / ſane & deſperata iam omnia & deplorata uideo: neq; non mortaliũ modo ſed ne deorum quiſq̃ ſi uelit rebus no-

ſtris opē ullam afferre ualeat: quare lōginqua nobis peregrinatio ſumenda eſt / & quę hic negatur ab intimis uſq; & penitiſſimis gētibus ſalus aliqua requirenda: Odoardum hominem nobis amiciſſimum uelim tantopere cōmendatum habeas q̃ tu me alteri cōmendatū cuperes: eum tibi filium putes eum meo loco ſubſtituas eumq; iam ſolum tuarum omniū rerum & fortunarū hęredem tibi deſtines: tu ſi quid mihi iuris ſi quid unq̃ arbitrii in tuas res eſſe uolueris ego id totum lubens illi uni conceſſero idq; adeo prolixe ac libere ut nullum neq; propinquum neq; affinem illi pręlatum iri uelim / meretur hoc hominis fides in me meretur antiqua & iam uetus īter nos amicitia / qua ſe mihi tibi ſimul aduerſis iuxta rebus ac ꝓſperis pene me alteꝝ fecerat: Vale mi pater mi inq̃ piiſſime pater & me miſerę & afflictę matri cōmenda.

Epiſtola ad Odoardum

Alterę ad Odoardum litterę: Vides ut me repente & ut in me ipſo quoq; temere omnia fortūa mutauerit ut me proſtrarit ut me deiecerit ut me nō ſolū miſeris & afflictis mea cauſa męſtiſq; parentibus:

ut ꝓpinquis agnatis affinibus ut amicis re-
liquis ut te deniq; ipſo qui mea mihi uita ſem
per charior eſſe cõſueueras: Sed & patria re-
rum omniũ dulciſſima focis laribuſq; dome-
ſticis diiſq; penatibus eorũq; delubris ac tẽ-
plis miſere deturbarit: ut me p ſũmã iniuriam
ſolum uertere coegerit: ut rebus omnibus ſpo
liatũ ac nudũ tanq̃ e medio mari & ſęua ali-
qua tẽpeſtate naufragum enatantẽ in exteras
gentes uelut in litus eiecerit/ uides ut me no-
uerca peſſima iam tot annos ſibi datũ priui-
gnum exercuerit quot me ſępe caſibus quot
& q̃ magnis periculis obiecerit: nec ſibi tan-
dem mei perſequendi ante finem fecerit q̃
me bonis atq; fortunis omnibus ſpoliatum
profugũ patria extorrem exulemq; reddide-
rit: quominus ipſe mirabere ſi non eodẽ argu
menti genere ſcriptę litterę uidebuntur: quo
antehac uti ad te conſueueram cum proſpera
omnia nobis lętaq; ſuccederent: tum & iucun
dę & hylares litterę plenęq; gaudii & imenſę
cuiuſdam letitię mittebantur: Iam uero in tã
abiectã tam miſera & tã afflicta reꝝ ac tẽpo-

rum conditione:inter hos fletus has lachry-
mas:inter hos tot & tantos animi langores
aſſiduos / quid eſt quod aut ſcribere ipſe ad te
poſſim:aut tu a me deſyderare debeas:nisi aut
renouare mihi ipſe dolorem meũ rurſus / aut
denuo tibi luctum recentẽ afferre uelim:itaq;
ſcito nihil me uno eſſe miſerius nihil iſęlicius
acceſcereq; indies uitã meã mihi & pene quo-
tidie multo acerbiorem fieri / neq; enim diu-
tius ferre poſſum abſentiam ueſtram ſũmũq;
Viennę deſyderium quę me miris modis ab-
ſentem torquet affligit macerat quę tamen
omnia ferrem multo modeſtius ſi illam uiuã
& ſaluam ſcirem:quã ego iſęlix mea maxima
culpa miſerrimã fecerim:ſi ſcirẽ q̃ forti ani-
mo miſeros noſtrę fortunę caſus & hanc tan
tam iniquiſſimę ſortis indignitatem ferre cõ
ſueuerit:q; ſi mea cauſa acerbius quicq̃ paſ-
ſam eſſe putarem uix me cõtinerẽ uix a quoq̃
prohiberi poſſem quin mihi ipſe mortem cõ
ciſcerẽ:multo enim id nobis futuꝝ leuius ui-
deretur q̃ pati tantũ hunc noſtrũ & tã incre-
dibilem animi dolorem diutius incrudeſcere:

utcũq; tamen eſt: uelim eam roges ut ne quid de matrimonio nimis approperet expecta‑req; potius tãtiſper uelit dum ſciri poſſit quẽ deniq; euentũ quẽ exitum nobis hęc tam ini‑qua fortuna pariat: puto te nec poſcere nec expectare dum tibi cõmendẽ męſtiſſimos pa‑rẽtes meos quos tibi ſemper nõ minori q̃ mi‑hi ipſi curę eſſe cognouerim: quos uelim qui‑buſcũq; poteris (poteris autẽ compluribus) officiis proſequare eoſq; tibi meo loco parẽ‑tes eſſe facias: ſcripſi enim ipſe quoq; de te ad patrẽ diligentiſſime ut te ſibi filium aſſume‑ret utq; ſuarum omniũ rerum & fortunarum hęre‑dem teſtamento ſcriberet: Quare nihil unq̃ in uita mihi facere gratius poſſis: q̃ ſi dederis operã diligẽter: ut illis omni opera cura ſtu‑dio diligẽtia officio conſilio & adeſſe ſemper & preſto eſſe uelis: Vale. Quibus acceptis lit‑teris difficile uerbis explicari poſſet Odoar‑dus q̃tam & q̃ ingentẽ inde animo uoluptatẽ ceperit: quã ut ceteris quoq; cõmunẽ faceret: it eueſtigio ad Paridis patrem eiq; filiũ saluũ eſſe nunciat redditq; litteras quas ille ei ex Li

guribus ſcripſerit / quibus lectis męſtiſſimus parens fuſis ubertim lachrymis / ſuperis agere gratias cępit: Odoardũq; rogat ípenſius: uti filiũ Paridem de rebus omnibus cũ priuatis tum publicis abũde certiorẽ faciat: impediri ſe enim nimio dolore atq; męrore animi: ne id cõmode poſſit: quod ille pollicitus propere inde diuertit in palatium: rectaq; Viénę cubiculũ petens: ubi męſtam triſtẽq; uidiſſet paucis de more conſolatus: ei Paridis iuſſu ſalutem attulit: ibiq; illa erecta repente ſubito atq; cupito nũcio / rogauit nũquid certũ haberet: tum ille cõtinuo protulit e ſinu litteras quas acceperat eiq; legendas dedit: quid uerbis opus? aut quid ego memorem? quos ibi fletus? quas lachrymas? contra quam uoluptatem quę mixta meroribus gaudia q̃tum & q̃ inopinã lęticiam in uno pectore uno momẽto fortuna miſcuerit? quod neq; Viẽna tãet ſi id ſemper ſtudioſe cuperet tamen ſatis celare poterat: cũ iam pallor notabilis iam illi ſuccedens rubor contraq; mixtus quidã utroq; color puellares genas inficeret: unde uarius

affectus facile prodi poterat: demū uero perlectis iam litteris: bene habet inquit dum ille ſaluus eſt) monetiq; hominem iuſſit ne quoq̄ abiret ne longius abcederet: ut luctum omnē meſticiamq; deponeret: ut ſe oblectaret ut quoquo pacto poſſet hylarem uitam atq; iucūdā ageret: ne quid eſſet de matrimonio ſollicitus: ſeruaturam enim ſe fidem quā illi dudum ſanctiſſime dederit: ſyngrapham quoq; illi conſcribi iuſſit qua traiecticiam pecuniā ad tria milia aureorū nūmum de trapezitis acciperet. Odoardus propere mandata exequitur datq; ad Paridem litteras in hanc ferme ſententiam: Odoardus Paridi amico. S. Miro & incredibili quodā nos omnes dolore cōfeceras iamq; omnium animos metus ingens inuaſerat ne aut caſus humanus aliquis aut tu ipſe tibi graue aliquod infortuniū attuliſſes: q in tanta rerum deſperatione nihil non ſęuum ſperari poterat: & tu nihil ſcripſeras: nec de te adhuc quicq̄ certum audiri poterat: quę res cum nos omnes tum uel afflictos parentes & miſeros eo uſq; turbauerat ut nullum neq;

Epiſtola Odoardi ad paridem.

LL

ſolatium neq; doloris lenimentum admitte-
rent:& huic tanto incommodo graue aliud &
ingens malum acceſſerat principis ira & im-
placabilis quędã acerbitas animi quę eo uſq;
bachari cęperat / ut miſerum ſenem parentẽ
tuum fortunis omnibus ſpoliatum in uincu-
la rapi trudiq; iuſſerit ubi menſes aliquot ma-
ceratus / Viennę tandem rogatu precibuſq;
ſolutus eſt:bonaq; omnia reſtituta quibus in-
digne priuatus fuerat:neq; huius tanti incen
dii Viẽna quoq; expers facta eſt : ſenſit & ipſa
tempeſtatis huius calamitatem nam & pater
eam quoq; ira adhuc feruidus ac pręceps in er
gaſtulum recludi iuſſerat:unde eam paulopoſt
redeunte ſenſim paternę mentis habitu ſolui
atq; dimitti fecit:iamq; & ualet recte & belliſ-
ſime ſe habet / te ſalutat teq; unũ mortaliũ om
nium maxime cupit atq; deſyderat nũtiariq;
tibi iubet ſe abũde ſaluam abunde reꝝ omniũ
cõpotem fore ſi te ſaluum atq; ualentẽ ſenſe-
rit:de matrimonio nihil eſſe quod timeas teq;
de illo timore omni ac metu liberat : ſeruatu-
ram enim ſe fidem quã tibi dederit / potiuſq;

milies perituram q̃ de ea quicq̃ detractũ ſentias:tu uero fac te interim uirũ eſſe memineris:neq; te abiici neq; frãgi ullo uel q̃libet graui fortunę impetu ſinas:tibiq; ſic inducas in animũ ſperanda quidem ſemper oĩa meliora uerũ ferenda fortiter quęcunq; p̃ter opinionẽ euenerint:ego neq; popoſcerã nec expectaueram quidem unq̃ cõmendari mihi parentes tuos/faciſq; tu in eo nobis inſignem iniuriam qui eos mihi cõmendes:quoꝵ ego cauſa non q̃ tu minus ſemper ſollicitus eſſe cõſueuerim: itaq; illis meam omnẽ operam curã ſtudiũ laborem induſtriam ſemper libẽtiſſime deferã neq; meũ ullum unquã officium deſyderari patiar: Vale. Paris lectis Odoardi litteris ubi omnia domi recte habere patrẽq; & Viẽnam carcere liberatos duroq; & ĩmani ſeruitio exẽptos eſſe cognouit:accepta pecunia quam p̃ nũmularios Vienna expediri curauerat conductis in urbe amplis atq; magnificis ędibus ꝓcuratoq; cultu atq; honeſtiore habitu optimi cuiuſq; amicitiam diligenter iniit/paſſim in omnes officioſus comis humanus facilis/

cũ his uerſari cũ his frequẽter agere nulli no-
cere omnibus auxilio eſſe/ qua morum & inge
nii dexteritate breui conſecutus eſt ut ſnmmis
iuxta & īfimis charus & acceptus eſſet : iamq;
in urbe non peregrini aut hoſpitis ſed optimi
& ampliſſimi ciuis locũ parteſq; uindicaret:
interim uero dum hę res agerentur fortuna
ſemper fallax & uaria quę ī tot incõmodis nõ
nihil arriſerat ſe altera parte non minus ob-
ſcuram & nubilã prębuit: Iam enim Viẽnę pa
ter filię matrimoniũ alteri deſponderat / iãq;
miſſis ad eum litteris certior factus erat aduẽ
tare Ducis Burgundię filium quẽ ille ſibi ge-
nerũ aſciuerat: fuerat & illi comes datus prin
cipis Flãdrię filius / quos ubi ſocer deſtinatus
magno & ingenti hominũ apparatu aduẽta-
re: Iamq; ad decimũ uſq; lapidẽ urbi uicinos
eſſe cognouit: proceſſit & ipſe officii cauſa nõ
minore purpuratoꝝ numero comitatus exce
pit beneuole & honorifice in urbẽ: cuius totã
populi plebiſq; multitudo gaudio atq; lętitia
geſtiens ſe ſe foras effuderat: Verũ pridie q̃ in
urbem Dalphinus futuꝝ generũ reciperet / q̈

nondũ ſibi ſatis filię uoluntas cõperta erat eã paucis cõuenit:eiq́ꝫ paternũ animũ incredibi lemq́ꝫ nimii in eam amoris uehementiã expli⸗ çat/ſenilem affectãq́ꝫ iam & ſuã & uxoris ęta⸗ tem ſublatamq́ꝫ poſthac futurę ſobolis ſpem omnẽ oſtendit:itaq́ꝫ eam ſibi ſolã reliquã eſſe factam/datãq́ꝫ etiam diuino quodã munere: multis adhoc nuncupatis uotis fuſiſq́ꝫ ad oĩa fere altaria precibus/quę ampliſſimã & regiã domũ ab omni poſthac orbitate prohibeat: proinde optaſſe ſemper uehementiſſime dari generꝫ ſibi qui & Viénę nuptiis & eo tãto tãq́ꝫ amplo principatu digniſſimus uideatur: an⸗ nuiſſe tandem ſuperos uotis:datũq́ꝫ ſibi gene rum qui reliquos omnes Galloꝝ principes ut imperio atq́ꝫ diuitiis:ſic corporis quoq́ꝫ atq́ꝫ animi uirtutibus ſupet: pepigiſſe itaq́ꝫ (quod ſibi filięq́ꝫ ac genero fęliciter euenire cupit:) eãq́ꝫ illi deſpondiſſe cõmemorat: Quare tãetſi id eſſe parentis in filiam impium filięq́ꝫ in pa⸗ trem is honor eaq́ꝫ eſſe reuerentia debeat ut nullus neq́ꝫ ſermo cõpoſitus neq́ꝫ accuratior oratio deſyderari ſoleat:ac ſatis ſupq́ꝫ ſit uel

ſolo nutu parentis nouiſſe animũ: tamẽ ne ſit imparatior & ne quid morę aut cunctationis in tẽpore afferat: uoluiſſe paucis eſſe cõmonitam, cupereq; ſe uehementer eam rẽ illi incundam & gratam fore tantumq; inde leticię & uoluptatis capere: q̄tũ cõmodi poſthac & fructus precepturam certo ſciat: Ad quę Viẽna modeſtiſſime loquuta dicitur / egiſſeq; patri imortales gratias: cuius & mirificam in ſe beniuolentiam & incredibilem animi uoluntatem nouerit: ſcireq; ſatis ſũma cum opera cura ſtudio labore ac diligentia ſibi genez delegiſſe: cuius etiam uirtutes corporiſq; & animi dotes innumerę longe amplioris cõditionis uxorẽ ſibi poſtulent: quare nil uelle magis nihilq; unq̄ optare aut cupere uehementius q̄ ut ſe poſt imortalem deum parenti piiſſimo obſequentiſſimã preſtet: proinde precari ueniam ſi non eam ſatis in preſentia pater officioſam expertus erit: laborare enim aduerſa corporis ualetudine & iam multos dies grauiſſimo morbo uehementer admodũ implicari / cuius acerbitas nedum ab illo ſed & ab alio quouis

uirili conſortio languentem eius animũ ma-
gnopere auocet: itaq; iam ſibi ſi per eum id li-
ceat de ſalute magis q̃ de matrimonio cogi-
tandum: futurã ſe tamẽ ſemper in patria po-
teſtate facturãq; diligenter quicquid ille man
dauerit ſimulac ſemel habere melius & pau-
lo magis morbo leuari ceperit: ne quid eã pa-
ter aut ſimulate agere aut falſam ſibi excuſa-
tionem pretexere cogitet: pater uero filiã im-
pediri pudore eoq; matrimonium detrectare
exiſtimans: premere eam adhuc & uehemen-
tius urgere nõ deſtitit: iamq; illinc minis hinc
precibus eã huc illucq; aſſidue uerſare ſi qua
parte poſſet obduratũ puellę animũ inflecte-
reiueꝶ id fruſtra / fit enĩ indies rogata cõtuma
tior: q̃re pater ĩdignatus eã recludi iuſſit adẽ-
ptoq; obſonio & alio quouis delicatioris edu
lii genere / furfuracco pane tantũ & aqua ciba
ri uoluit: conuerſuſq; paulo mox ad generꝶ qui
iam pluſculos dies illic fruſtra tempus terens
impenderat ignarus earꝶ omniũ rerꝶ expectã-
doq; dum nuptiarum ſolẽnia celebrentur: rẽ
honeſtam fictã tamen opportune cõminiſci-

tur:quo filię in ſe contumaciã tegeret:namq̧
Viennam nouo ac repentino quodam morbi
genere correptam eoq̧ uehementer affectam
ſimulat:pene ut medici omnes deſperatam ac
deploratam illius ſalutem habeant: proinde
cum male uereri ne eam fruſtra inter ſe affini-
tatem mouerint:quod nõ tam quidem ſua aut
filię q̃ illius cauſa ſibi moleſtũ eſſe aperit: qui
tot emenſis terrax ſpaciis tanto labore tantã
& tam ingentem fruſtra moleſtiã cęperit:pre-
cari tñ ne quid in malam partẽ uerteret:ſimu-
lac enim res fieri paulo cõmodior cępiſſet: fa
ctux cum illico certiorem ſeq̧ ille contra uẽ-
turum eſt pollicitus: atq̧ ita hominem a ſe di
miſit:iuſſoq̧ ad ſe repente uenire fabro quodã
cemẽtario anguſtũ quoddam uixq̧ duox ho-
minum capax idq̧ & obſcux & tenebroſum
fieri ergaſtulum imperat:in eoq̧ Vienna Yſa
belleq̧ eius ancilla recluſis eis rebus cibiſq̧
oĩbus q̃ pane & aqua ĩterdici uoluit: quo diu-
tino illo ſquallore pedoreq̧ carceris mace-
ratam grauius adoleſcentulã in ſuam demum
ſententiam uerteret;uex nihil eo magis pro-

ficit / nam quo illa torquetur magis eo contu
macius obdurat animum : fitq; indies graui
pęna deterior / ac ſibi ipſa ut i his malis quod-
cūq; poteſt uerborū ſolamē adhibet / magiſq;
de ancilla q̄ de ſe ipſa ſollicita hanc conſola-
tur iubetq; bono animo eſſe neu grauiter ni-
mis cōmunē hanc ſecum calamitatē atq; mi-
ſeriam ferat : ſperare eni aliquando fore : idq;
haud ita multo poſt ut his tot angoribus libe
ratę : uti nunc duram & aduerſam ſic paulo-
mox quoq; proſperam & ſecundam fortu-
nam inter ſe cōmunē habeant : neq; enim ſe in
tempore futurā earum omniū reꝝ immemo-
rem : nam ꝙ ad ſe attinet nil ſane tam difficile
durū aſperū graue / nihilq; tam aut miſeꝝ aut
calamitoſum eſſe uſq̄ poſſe / quod non ipſa ſi-
bi (uel ſola paridis memoria) facillimum fa-
ciat : quodq; non ipſa modeſtiſſime ferat : eius
hominis gratia / quem & ipſum ſua cauſa bo-
nis fortuniſq; omnibus parentibus propin-
quis amicis ſoloq; ipſo patrio laribus foeciſq;
domeſticis extorrem ac profugū factū / apud
exteras gentes miſerum exilium tolerare ꝑſpe

xerit. Interim uero Burgundus iam & ipſe factus amoris impatiens: eo multo maiore Viẽ nę deſyderio accenditur: ꝙ ab Allobrogibus nuper / ea neq; conuenta neq; conſpecta diſceſſerat: quare uix dum bene regiã appulſus denuo nouũ de redeũdo conſilium cępit: quare ęgre illic tranſactis diebus compluſculis quo ne ſe patri leuitatis & inconſtantię ſuſpectum faceret: rurſus itineri attingitur rectaq; in Allobrogas uertens Viẽnã ſe contulit: ubi non minore q̃ prius rex omnium apparatu ſuſceptus: repentini ſui reditus cauſas omnes conſiliaq; aperit / magnũq; & ingens Viẽnę deſyderiũ explicans / principẽ uehementer rogat eius ſibi uidende poteſtatem faceret: princeps uero magnum adoleſcentis amorẽ conſpicatus: nihil amplius ſibi cunctandũ aut celandũ exiſtimans ei rem totam ex ordine aperit: filięq; in ſe puicatiam oſtendit / quę neſcio quo fato quibus maleficiis diriſq; ac nephariis hominũ artibus ſic iduxerit aĩum / ut nihil odiſſe peius in uita nihilq; aut peſtilens aut a ſe magis alienũ ducere uideatur: q̃ faces / nuptias &

matrimoniũ cogitare: unde tantam ipſe aio
& tam ingentẽ moleſtiã cęperit / ut nihil unq̃
acerbius nihil durius aut indignius ſibi conti
giſſe uideatur: proin uelle cupereq; admodũ
ſe apud illum purgatum eſſe: ne ue illũ putare
penes ſe aliquid aut culpę aut ſuſpitionis reſi-
dere / quod ne aut fingi a ſe aut ſimulari cau-
tius exiſtimet: abunde fidem eſſe facturã durã
nimis & fere impiã acerbitatem quã Vienam
unicam ſibi natã iam dies multos acceperit:
nam poſteaq̃ a ſe ille diſceſſerat / iuſſiſſe eã tru-
di in ergaſtulũ ibiq; aqua tantũ uiliq; ac ciba-
rio pane refici uoluiſſe / adegiſſe pręterea ſe iu
reiurando nunq̃ eam prius inde liberã fore / q̃
placito ſemel ac iam deſtinato illius matrimo
nio conſenſerit / quam rem adoleſcẽs ueheme
ter admiratus dicitur: indignãq; & infęlicem
Viẽnę ſortem miſeratus / urgenteq; iam uehe
mentius nimio amoris incendio flagitat rur-
ſus intẽperanter Viennę ſibi conueniẽdę po-
teſtatem fieri: datuꝝ enim ſe operam quibuſ-
libet uerboꝝ lenociniis poterit / puellę men-
tem inflectere: quod ei pater haud nimis inui-

tus annuit: qui & ipſe quoquo pacto mutari filię conſiliũ cupiebat / miſſoq; propere cũ ueſtibus cibiſq; lautioribus nuntio / qui Burgundum principẽ illuc breui uenturꝫ diceret: qui cum Vienna colloquiũ miſceat: proin iubere patrẽ ut ſe illa & comeret & paulo largiore cibo reficeret aium: Viẽna acceptis quę ei pater afferri iuſſerat / redire nuntiũ patriq; nuntiare iubet facturam quęcunq; mandauerit: modo ille in triduum colloquiũ differat: quo ipſa interim poſſit ſordes ſitũq; carceris ablucere / & ut elapſo triduo: diui quoq; Laurẽtii põtificẽ una uenire iubeat: cõuerſaq; poſthac ad Yſabellem: uiden inquit q̃ti me pater ęſtimet? qui hoc uili cibo cultuq; modico mutare mihi mentem putet? abſquo tantũ me herclę abeſt ut potius milies emori uelim q̃ ut id mihi ſemel in mẽtem ueniat / diſſectoq; in partes pullo gallinaceo quẽ ad ſe coctũ miſerat fruſtra quędam maiuſcula ſub alas impoſita: toto illo triduo ſic diligenter & accurate continuit donec iam putreſcentia dirũ quendã fetorem exhalarent: quem & ipſa uix ſatis per-

ferre poterat:paulomox uero lapſo iam dicto
colloquiis tẽpore adoleſcens ſimulq; una põ-
tifex Viennę carcerẽ petunt recluſaq; prius
feneſtella quadam:qua ſola intro lumẽ infun-
di poterat/adoleſcens ubi Viẽnę miſeriã ſor-
des & ſquallorẽ eſſet intuitus uehementer ad-
mirari ſe dixit / quidnam ſibi illa uellet : aut
quid tam miſere mori potius cuperet q̃ patri
morẽ gerere cui omne uitę obſequiũ debeat:
ſcire eã ſatis patrẽ nihil aut cupere / aut in ui-
ta magis optare q̃ ut ea nuberet ſeq; id quoq;
tam uehemẽter uelle ut nihil unq̃ charius ni-
hil in uita unq̃ antiquius duxerit/nihil in ſe pu-
tare quod apud illam deſpicatum haberi de-
beat / ſi maioꝝ nobilitatem generis dignita-
tem familię potẽtiam:ſi opes diuitias facul-
tates ſi paternũ totum imperiũ cogitet quę
tam & nota & uel exteris quoq; gentibus co-
gnita atq; comperta ſunt ut non minus impu-
dens uideatur ea uelle negare q̃ & dicere palã
& de ſe iactãtius prędicare:cęteꝝ q̄ ad ſe ſuiq;
& corporis & animi bona pertinet ſcire ſatis
ſe tam paucis aut fere nullis a natura dotibus

honoratũ | ut ſuũ nihil eſſe uſq̃ exiſtimet quod Viennę iucundum ſatis aut gratũ uideri poſ-ſit: neq; tam ſe uelle impudentẽ haberi ut ſe il-lius matrimonio ſatis dignum exiſtimet | quę & incredibili corporis pulchritudine & for-mę morũq; honeſtate pręcipua | uel ampliſſi-mi cuiuſq; regis ſociale cubiculũ mereat: ue℞ ſi tam ſe fęlicem ſuperi ipſi faciant adeoq; de ſe bene mereri uelint | ut eam ſibi uxorem da-tum iri contingat ſpretu℞ ſe regũ omnium re-gna & imperia cręſoſq; omnes & craſſos ui-ctu℞ eſſe diuitiis: neq; quẽq̃ uſq̃ eſſe mortaliũ cum quo ſuam ſortẽ cõmutatã uelit: quare eã rogare petere obſecrare ut aliquid tandem de ſua illa tanta animi pertinacia remittat | atq; ut parẽti piiſſimo obtẽperet ſeq; duriſſima il-la carceris cuſtodia īfęliciq; illo & miſerabili uitę genere abſoluat | diuitias illi opes & fa-cultates domiq; honores & imperia pollice-tur: ſi ſe ſuę uitę conſortem capiat | ſui hęc oĩa illi deſpecta ac leuiora eſſe uideantur q̃ quibus moueri debeat nec quicq̃ ſua cauſa uelit de ſua illa duritia remittere debere ſaltem parentũ

miſereri nec cõmittere ut ambos ſenes iam &
affectos luctu atq; merore enecet / neu illo tã
graui & tam nephario ſcelere cum homines
oẽs tum ſuperos ipſos prouocet quos & ipſa
poſthac non minore periculo obſtinatę uitę
ingratiq; & in parentes contumacis ingenii
experiatur ultores. nõ ſatis grata Viẽnę fuiſſe
dicitur adoleſcentis oratio / minime inqt (tua
uenia dixerim) ita eſſe arbitror ut abſte cõme-
moratũ eſt: nam & ego non generis & familię
tuę dignitatẽ & amplitudinẽ neſcio quę fere
toto terrax orbe iam multis ſęculis ſplendet:
& te his cum corporis tũ & animi uirtutibus
prędıtum eſſe audio: ut facile rex omniũ inter
ęquales principatũ obtineas / quare nihil eſt
inquit q te tantopere eleues: q te ipſum de-
primas: meq; uilem & abiectã muliereculã tibi
preferre uelis / teq; meis nuptiis indignũ exi-
ſtimes cui uel ampliſſima quoq; terrax orbis
regina recte locari poſſit: niſi me uel rideas
forſan & in his meis miſeriis tibi iocum & lu-
dum quęras: nam qui quęſo tibi uenit in men-
tem: ut me ſquallidam pãnoſam & obſitã tur-

pem quoq; atq; deformē fęminā tot laudibus efferas:quę ſi cum aliis ſexcentis uel ex infima plebe mulieribus cōparer recte oīum turpiſſima iudicari poſſim:quare rem ſanę mihi grauiſſimū feceris ſi nullū poſthac de matrimonio ſermonem facias: nihil eſt enim quod in me non tu modo ſed neq; alius quiſq̄ magnopere deſyderare debeat:quę iam tota & uermibus imēſiſq; & inumeris ulceribus ſcateo/quorū ſi tu fęditatē aſpexeris ſcio nil minus opes q̄ ut me tibi matrimonio coniungas:ac ne me tibi quid forſam mentitam putes/aprehenſis utriuſq; & adoleſcentis & pontificis manibus ad ſe proprius attraxit quo dirū illum fętorē ab alis fortius emitteret:tenuitq; tātiſper dū ipſos iam & auerſari & immanem illam corporis diritatem magnopere abhorrere conſpiceret:tum ipſa uiden inquit quam tibi uitę conſortem cupias:eoſq; cum lachrymis tum a ſe dimiſſos rogauit ut hęc omnia parētibus nuntiarēt:illi uero paulomox reuerſi ad principem deplorataq; miſerabiliter apud illum inhumana & pene incredibili Viennę cala

mitate illicq; omnia diligenter ex ordine retu-
lerunt putreſcere totam ſcatereq; paſſim ul-
ceribus uixq; iam in arenti corpuſculo ſemi-
uiuam animulam palpitare / morituráq; bre-
ui niſi propicius aliquis deus opem illi pręſen
tem afferat: acceptoq; poſthac a principe cō-
meatu ubi deſperatum Viennę matrimoniū
uidet in patriam rediit: ibi tum pater męrore
ſimul & ira furens obteſtatuſq; deoꝝ pariter
& hominum fidem deierat nūq̄ ſe prius filiā e
carcere ſolutuꝝ miſereq; illic pedore ac ſitu fa
meq; & ſiti perituram niſi ſe illi ad uotum mo
rigeram prębeat: recludiq; arctius iubet ſan-
citq; capitale futuꝝ ſi quis eo inſcio cū ea col
loquium miſceat / fidos etiā aliquot ultra cu-
ſtodes adhibet. quę res una cum aliis pleriſq;
tum Odoardo preſertim magnam & ingentē
moleſtiam attulit ꝙ ſibi totam prorſus allo-
quendę poſthac Viēnę facultatem prereptā
cerneret: tamē nondū iuuandę rei ſpem totā
abiecit: quid enim humano ingenio ubi illud
intendas difficile aut inuium eſſe poſſit? erat
ſacra ędes q̄dam palatio cōtigua in ea Odo-

ardus ſuo ſumptu ſacellũ parte carceri pala-
tino uicina fabro cementario faciundum lo-
cat: iaciq; fundamenta cępta ſunt / atq; eo uẽ-
tum unde haud ita procul carceris fundamen-
ta aberãt: eo loco cauũ relinqui placuit quod
uelut monumentũ eſſet in idq; gradibus faci-
le ſubiri poterat iactaq; fundamenta ſurſum
erecta ſunt ſacellũq; ipſum mira celeritate ad
faſtigiũ uſq; perductũ eſt: cęterum Odoardus
cum id ſibi ſoli fruſtra laboratum uideret: nec
ſine ſocio rem ſibi ſatis proceſſurã cerneret:
ędituum templi hominẽ ſenem ac Paulo ma-
gis auidum pecunia ſollicitat / facileq; per-
ſuaſum in ſuam ſentẽtiam pellicit: itaq; noctu
monumentũ illud ſubeuntes cauare tantiſper
cęperunt dum ad carceris murũ uẽtum eſſet:
quo etiam perfoſſo inde Viennã euocat: ſola-
tium & quodcunq; poteſt uerbis lenimen ad-
hibet / contra eum illa percuntatur de Paride
totamq; illi de matrimonio exhibitam mole-
ſtiam repetit oratq; ut de his omnibus rebus
abunde parim certiorem faciat / quod ſe ille
factuꝝ recipit quottidianaq; illinc uitę alimẽ

ta ſedulo ſubminiſtrat / reuerſuſq; paulomox domũ ſcribere ad Paridem icipit eumq; de rebus omnibus cũ priuatis tum publicis de tentato matrimonio: deq; inſigni Viennę calamitate ampliſſime certiorẽ efficit: quę oĩa ubi Odoardi litteris Paridi comperta facta ſunt: incredibile dictu eſt q̃tum ide animo & q̃ ingentem dolorem cęperit pene ut uoluntariã ſibi ipſi mortẽ conſciſceret: eaq; uelut ultima rerum deſperationę factum eſt / cũ non fortunam modo tantopere ſęuientẽ ſed ne ſeipſum quidem ſatis / iam ingratę uitę tedio ſeneſcentem ferre poſſet: ut de mutandis ſedibus & penitiſſima aliqua regione petenda conſiliũ cęperit unde nec ſuę in patriã miſerię nec ſuorũ ad ſe afferri moleſtię poſſent: Viẽnę preſertim cuius ęrumnoſa calamitate mirũ in modũ torquebatur: cõmẽdata itaq; Vienna Odoardo per litteras ſcripſit ſe aſſiduis męroribus cogi ut inde ꝓcul aliquo magis abcederet / proide nihil eſſe quod aut ſcriberet ad eũ poſthac aut ab eo litteras expectaret: rectaq; inde Venetias profectus atq; ibi naue conſcenſa Ale

xandriam ſe contulit/ibiq; ſumpto gentili ha bitu promiſſaq; ex cõpoſito barba nihil ęque curauit q̃ ut breui linguę cõmerciũ caperet: quod haud ita multis menſibus ut facili & bo no ingenio erat adeo eſt conſecutus abũde/ ut nemo non indigenam crederet:itaq; pari cũ illis habitu & lingua utens tanq̃ ibi natus paſ ſim inter eos ſine diſcrimine uerſabat'/captaq; inde audacia factus iam uidendi orbis auidior penetrauit in Indiam qua peragrata uoti ſol- uendi cauſa quod pauloante conceperat fle- xit Hieroſolymas ut ibi ritu chriſtiano ſãcta ſanctorũ ſuppliciter adoraret: inde uero Ba- bilonem repetens ubi tum Soldanus regiam habebat/ibi conducta domo Paris aliquot menſes habitare decreuerat fitq; forte fortu- na dum regii aucupes domum repeterẽt ut Pa ris accipitrem facile omnium primũ ęgrotũ conſpicatus pręfecto aucupii biduo moriturꝫ diceret niſi pręſentaneo aliquo remedio ſuc- curratur ꝙ ſi cognitam ſibi medicinam adhi beat eũdẽ quoq; biduo futurꝫ incolumẽ: ſub- ſtitit pręfectus ut qui ęgrotum accipitrẽ no-

uerat:uertiq; ad preces atq; orare hominē ſup
pliciter cępit ut ſi quid in eam rem compertū
ei eſſet prętaret officiū neq; in ea re ſibi deeſſe
uellet nihil eſſe uſq̄ in quo de ſe magis mereri
poſſit ſeq; in tempore futurū memorē polli-
cetur: tam enim iucundū & gratum principi
accipitrem eū eſſe ut uel ampliſſimę cuiuſque
ciuitatis ille iacturam libentius faciat: factu⁊
ſe id Paris recipit atq; in eam curam propere
totus accingitur: medelam adhibet qua haud
ita multo poſt periculo liberatus accipiter aſ-
fertur ad principē qui iam non nihil de ęgri-
tudine ſecum timere cęperat: quē ubi curatū
& incolumē uidit difficile dictu eſt q̄tam ille
quoq; animo uoluptatē cęperit: capit in ma-
num atq; de more comere & totū attrectare
incipit: tumq; ibi prefectus haud imemor fa-
ctus fidei quam Paridi dederat ſuggerit cuius
iduſtria is ſaluus eſſet: nam ꝙ ad ſe attinet de-
ſperatam quidem ſemel deploratāq; illius ſa-
lutem habuiſſe/niſi Pridie rure domum repe-
tens hominem quendam incognitū uelut ſibi
bi cęlitus miſſum offendiſſet/qui illico cōſpi-

catus accipitrem biduo moritur aſſeruit niſi tempeſtiue ſuccurſum eſſet: eumq; pari biduo futurum incolumen ſi ea cura ſibi relinqueretur: pręſtitiſſeq; abunde quod pollicitus fuerat: miratus itaq; princeps uocari hominem iubet captuſq; rara admodum corporis pulchritudine etiam in aulam recipit: ubi ſe Paris mira & incredibili quadam dexteritate ingenii genuinaq; & peculiari morum facilitate ſic ſe furtim inſinuat/ ut paulomox purpuratorū omnium principi longe chariſſimus eſſet & apud eum multo omnium maxime fauore gratia & auctoritate ualeret. Cęterū interea Gallorū rex de aſiatica expeditione deliberat ꝙ pauloante a Romano pontifice litteras acceperat: quibus eum ad id uehemēter admodū hortabatur: uerum ꝙ neminem tum domi earum gentium locorūq; ſatis gnarum haberet quibus iter faciēdū traducēdiq; exercitus eſſent: eam omniū primum animo curā uerſare ſecum incipit deligendūq; ſibi hominem cum prudentia & conſilio tū fide quoq; & uario multaꝝ rerum periculo prędītū/ qui

earum gentium maritimas urbes omnes inſulas portus & continentem quoq; ipſam exploret: quo appelli claſſis & traiici exercitus cōmodiſſime poſſit: unde facile cōmeatus haberi & abūde ſubuehi i caſtra poſſint: ne cū in hoſticū uētū ſit penuria & fame laboretur: itaq; i eā curā intento regi uenit in mētē regulus Allobrogū quo nullus ea tēpeſtate aut domi conſilio aut belli fortitudine & militari diſciplina potior habebatur: eū ad ſe uocatum id munus obire iperat: facta poteſtate ſumēdi e procerum numero quot & qui potiſſimū libuiſſent: itaq; ille ſumptis aliquot inde ſe itineri pręparat diſſeminato rumore tanq̄ uoti ſoluendi cauſa Hieroſolymam peteret: uerum anteq̄ uētum in Syriam eſſet: princeps Babylonius factus per exploratores de eius aduētu certior miſit e cohorte prętoria fidos aliquot homines qui eum ad ioppę portum exciperēt/ captiuumq; & in uinculis ad ſe Babylonē ducerent/ quem ſimulac uidit uocari ad ſe carnificem & expediri tormenta iubet uelut ille negaturus aduentus ſui cauſam eſſet: cęterū ille

ut erat magno atq; prꝑſtanti animo nihil in-
quit tormentis opus / ueni qui huiuſce regni
quod tu iniuſtiſſime ſimul & idigniſſime poſ-
ſides urbes omnes & portus domum explora-
tos referrem : ueꝝ quod ipſe non poſſum prꝑ-
ſtabunt alii : nam ne tu tibi nimium mea ne-
ce placeas: neu te forte omni periculo defun-
ctum exiſtimes / ſcito ſupereſſe ad huc innume
ros qui nō hꝑc modo ſed & multo maiora au-
deant teq; etiam ipſum (ſi mandatum accepe-
rint) audacter e medio tollant: ego uero quod
ad me attinet hoc unum maximū moriturus
ſolatium capio: ꝙ breui & meꝑ necis ultorem
& publicum chriſtianꝑ dignitatis uindicē af-
fore certo ſcio: qui tibi breuem de mea morte
lꝑticiam & uoluptatem faciat: ſubſtitit pau-
liſper uelut attonitus & hꝑſitanti ſimilis Ba-
bylonius moxq; irꝑ & indignatiōis impatiēs
minatus atrocia: corripi hominem uiolenter
& duci Alexādriam imperat: quo manifeſtius
illic aduenis omnibus ſupplicii ſpectaculum
prꝑberetur: uerum nō ita uiſum ſuperis quo-
rum etiam conſilio ac uoluntate factum eſt ut

ab homine quem ipſe peſſime omnium mor-
talium oderat quemq; pauloante uelut ho-
ſtem proſcripſerat e carcere educeretur: nam
haud ita multo poſt Paris ſeu earũ rerum ne
ſcius ſeu (quod eſt uero ſimilius) id totum ac-
curate diſſimulans: dum forte fortuna ut fit
per urbẽ incederet: duos cęnobitas chriſtia-
nos offendit quoꝝ alter nonnihil Aſſyrię lin
guę nouerat / eos ad ſe uocatos de patria gen
te ritu moribuſq; interrogat: perculſoſq; &
uelut nouę rei miraculo attonitos ponere me
tum dicereq; fidenter & bono animo eſſe iu-
bet: ſe quidem cupidum ſemper ſtudioſumq;
fuiſſe chriſtiani nominis: neq; ſua opera unq̃
chriſtiano cuiq̃ factum incõmodum: proinde
metum omnem timoremq; deponerẽt / ac ſe-
cum libere poſthac ſecureq; uerſarentur: & ſi
quid ſuarum rerum eſſet id ſibi totum cõmu-
ne facerent: tum illi iam liberiore loquẽdi fi-
ducia facta rẽ totã ab origine repetunt / prin-
cipiſq; Allobrogici captiuitatem ei ex ordi-
ne narrant: & ut pauloante Babylonii regis
imperio in uinculis ductus Alexandriam fue

OO

rat:ibi tum Paris hominis inquit famam no-
menq; pridem audiſſe uideor / itaq; uix dici
poſſet: q̃to & q̃ ingenti eius uidendi deſyderio
tenear / oſtenditq; facturos rem ſibi gratiſſi-
mam ſi eius uidendi cauſa una Alexandriam
peterent / quod illi dum annuiſſent : Paris de
rege ſibi conueniendo habendaq; uenia litte-
riſq; non uulgatę ac tritę ſed intimę cuiuſdã
cõmendationis ad Alexandrię prȩſidẽ impe-
trandis conſilium agitat:quod dum facile cõ
ſecutus eſſet magnis etiã ampliſq; a rege mu-
neribus donatus abiit:Paris itaq; a p̃ſide ho-
norifice exceptus datęq; in urbe ampliſſimę
ędes in quas hoſpicii cauſa diuerteret : nullis
cum priuatis tum publicis quoq; honoribus
non in illum abunde collatis : uentitare enim
frequẽtet ad hominem prȩſes : eumq; per ur-
bem honoris cauſa deducere / demumq; ma-
gno nobiliũ comitatu domũ reducere ſolitus
ꝙ cum regi gratũ carũq; cognouerat:cõti-
git autem forte fortuna ſemel ut haud procul
ea turri obambularent in quã Allobrogum
princeps pauloante cõiectus fuerat : eã itaq;

Paris ob magnitudinem ſuſpicatus interro-
gat:quidnã ea turris tanta cęteras omnes ma
gnitudine excedens portenderet: tum prę-
ſes/ turris eſt inquit in qua teterrimus carcer
quo nulli niſi capitis rei detrudunt:& de qui-
bus extremum ſumi ſupplicium debeat:nupq;
in eum regulus quidã e gente Gallica pro ex-
ploratore coniectus eſt:rogauit itaq; eum Pa
ris ut niſi moleſtum eſſet hominem inuiſeret:
cupere ſcire gentis ritus moreſq; & hominis
cõditionem: quod haud ei pręſes inuitus an-
nuit:itaq; ſubeuntes educi hominem iubent:
quem ubi Paris męſtum ſquallidum pedoreq;
ac ſitu carceris totum obſitum uidit magnũ
& ipſe conceptum auimo dolorem utcũq; uul
tu diſſimnlans/cuſtodes de hominis gente ſor
teq; & generis conditione interrogat num
ſyriaca lingua ſciret:illi origine Gallum do-
miq; ſũmis ortum natalibus memorant: pa-
trii ſermonis expertem:ſi quid ab homine cu
peret affuturos interpretes:quorũ uti cõmer
tio poſſit/ille uenturum ſe alias rogareq; prę-
ſidem cępit cuſtodibus imperaret ut quãdo-

cunq; adeundi conueniendiq; hominis poteſtatem facerent: atq; ita domum reuerſi ſunt: uerum haud ita multopoſt Paris cum cęnobita altero (quē ſyriacę linguę peritū diximus) carcerē repetit / ac ubi iuſſiſſet ſaluere hoīem cū de multis uariiſq; rebus ultro citroq; lōgū iam ſatis ſermonē per interpretē habuiſſent: Paris qui & ipſe ſe de Vienna certiorem fieri cuperet hominem quoq; de genere uitę ſciſcitari interpretem iubet / maritus ne an cęlebs uiueret: ibi tum Allobrox domeſticarum rex memoria illachrymari cępit: habere ſe uxorē domi atq; unicam natam iam aliquot annos in uinculis habitam ꝙ nubere recuſaſſet: quo ſibi ęrūnoſior hęc ſuę uitę calamitas uideať: conſolari hominem Paris per interpretē iubereq; bono animo eſſe ſperareq; q̄ regia clementia eſſet ut inde liber ſaluuſq; euaderet: diſcedensq; inde Paris uerſus ad cuſtodias / miram ſe ait in eo uiro cum multarum rerū prudētiam tum animi quoq; lenitatē & humanitatem reperiſſe / itaq; uenturū ſępius ſeceſſus gratia ſi nihil inde illi moleſtię caperent / illi

uero nihil inquiunt ſane quin rem eis quoq; gratam eſſe facturum: ſi pro ſuo arbitrio libere ueniitaret: Paris uero q iam firma ſatis fundamenta ſibi iacta uideret ad eam rem quã patabat ſoloſq; cęnobitas ſibi confirmãdos exiſtimans ſic eos alloquitur: ſi ipſe mihi fidei ſatis apud uos eſſe crederẽ ſecuraq; omnia mihi per uos ac tuta eſſe putarem auderem ingens facinus mearũq; omnium rerũ ac fortunarũ periculo de hoc homine liberando conſilium caperem: q ſi ipſi uos mihi ſocios auxiliareſq; prębueritis breui uos uoti compotes faciam: illi uero cũ data fide ſe nuſq̃ ei defuturos promitterent uideri ſibi tamen opus difficile plenumq; laboris atq; periculi inter tot cuſtodias tamq; firmato atq; munito carcere/quare eſſe magnopere prouidendum nequid inde reſciri poſſit: tum Paris uideo inquit nil temere aggrediendum atq; eo mihi magis cauendum eſſe/ q hoc icepto non meę modo ſed & meorum omnium uitę periculum agitur: cęterum ipſe ubi meorum omnium rerũ opum & facultatũ iacturam fecero/ubi parẽtes pro

pinquos affines ubi patriam ubi ipſam de-
niq; libertatem captiui huius redimendi cau-
ſa perdidero: qd inde premii aſſequar? ut apud
exteras gentes miſer ęgenus inops in perpe-
tuo atq; ſeruili exilio uiuam? quare uos craſti-
na dum inuiſemus hominem interrogate dili
genter: ſi totidē mihi reddere facultates quot
hic cogor relinquere: eūdemq; mihi ſplendo-
rem uitę ſeruare mecum paciſci uelit: cęno-
bita uero dum Paridis uoluntatem (quem ad-
huc ſemper ſyrum eſſe putauerat) principi re-
tuliſſet pactaq; & conditiones quas ille ſibi
ſeruari cuperet: princeps nō eas modo (puſil-
lum enim id pręmiū pro tāto beneficio) ue-
rum principatus atq; dominii ſui futurum eū
dominum pollicetur, facturumq; inſuper do-
mi quicquid ille popoſcerit, quo q; ille fidere
magis poſſit ea omnia ſāctiſſimo ſuę religio-
nis iureiurando affirmat: abeūtes itaq; illinc
Paris apud cuſtodes haud illepido cōmento
utitur: fingit enim ſibi allatas a rege litteras
quibus eum ad ſe Babylonem reuocaret: itaq;
abiturum aut cras aut ad ſūmum perēdie: ue-

rum nolle cōmittere ut eorum in ſe facilitatis ac beneuolētię factus imemor uideatur: quare ſi non amplis facultatibus poſſit: cupere tamen ſuo queq; munuſculo proſequi eoq; illis hodie in cęna conuiuam fore: cuius cauſa nolle illos eſſe ſolicitos dediſſe negotium ſuis qui omnia illuc apparata conueherent: itaq; inde abiens emi abunde obſonia uinaq; exquiſitiſſima tota urbe conquiri iubet/apparariq; cęnam lautā & opulentam imperat: cumq; iam cęnę tempus appeteret diſcumbere ſecū omnes cuſtodes facit: cęnobitamq; ſeruili habitu quo ſemper uenerat mēſę miniſtrum pręficit: cumq; iam ſūma omniū hylaritate conuiuiū traheretur: iam hunc iam illum plenis calicibus prouocat: prouocariq; etiam ac ſibi reddi uices quęrit: idq; eos inter ſe facere etiam admonet/quod illi (capti iam uini dulcedine) dum non inuiti faciunt ſeſeq; totos ingurgitant/inſolito potu uiniq; inſuper copia ac uehementia correpti eo ſenſim adducti ſunt ut iam non lingua modo non mēte non animo: ſed ne plantis quidem ipſius conſiſterent ruc-

rentq; ſemineciũ more: & quicquid uicini lo-
ci erat ſtratis corporibus occuparent: quos
ubi paulomox paris uino ſimul profundoq;
ſomno ſepultos aſpicit: futuris etiam pericu
lis prouidẽs omnes ad unum iugulat: prope-
req; in carcerem ſubiens / uinculis Allobro-
gem ſoluit tractiſq; poſt ſe foribus in portum
curriculo properant: ubi raptim conſcenſa
naue quã ad hoc paris ſupra parauerat: pro-
ſpero uentu Cyprum adnauigant: ibiq; acce-
pti a Cyprio rege honorificentiſſime ꝙ ille
olim adhuc adoleſcentulus in regia Gallorũ
ſumma cura educatus fuerat: iamq; inde cum
Allobrogum principe ſummam amicitiã be-
neuolentiamq; cõtraxerat: quem cum triduo
domi uel inuitum tenuiſſet magnis ampliſq;
muneribus proſecutus eſt abeuntẽ datis dua-
bus triremibus quibus & propere & tuto ma-
gis in galliam ueheretur: illincq; licet longa
ſęcura tamen tranquillaq; nauigatione cum
aquas mortuas appuliſſet / perculit illico ad-
uentus fama uicinos populos peneq; infini-
tam omnium ordinum multitudinem exciuit

ſedibus: incredibile enim dictu eſt qua omniũ mortaliũ alacritate lęticia gaudio ſuſceptus fuerit: ſimulac uero Viẽnã metropolim uẽtũ eſt/ priceps nil habuit antiquius q̃ ut ſe ſua fide & dato iureiurando exſolueret: uocariq; ad ſe mauꝝ (ſic eni Paridẽ nuncupabãt) eiq; princi patus & ĩperii iure ex pactis cedere uelle dixit/ quod dũ ille abnueret: priceps iterrogari per iterpretẽ iubet: quãdo ea modeſtia eſſet/ ut ex pacto debitũ principatũ recuſaret: nũ unicã ſuam natã ad quã demũ uenturę quoq; fortunę oẽs eſſent uxorẽ ſibi cuperet: cumq; oblatam ille cõditionẽ nõ abnuiſſet/ priceps ire iubet cęnobitã ac diui Laurẽtii põtificẽ: qui de matrimonio cũ Viẽna cõueniant: quod dum illi fruſtra tẽtaſſent: Paris aſſyrio ſed admodum ꝑcioſo habitu idutus ſuccinctus gladio ſe ad eam deduci iubet: ubi per interpretem commemoratis abunde ſuis in parẽtem collatis beneficiis fideq; & iureiurãdo quo illum uel ad imperii quoq; faſces obnoxiũ habeat/ matrimonii quoq; mẽtionẽ adiicit: quod ubi illam deteſtãtẽ uidiſſet: protulit e digito anu-

lum(quem ſibi abeũti Vienna fidei pignus & hoſtimentum dederat)rogariq; per interpretem iubet ut quando non ęquis auribus matrimonii mentionem audiat: ſaltem anulum illum in ſui gratiam accipiat:neq; beneuoli in eam animi leue licet munuſculum aſpernetur: accipit illa quo properę magis inde illi faceſſerent ſimul & ut ſe ocius graui illa moleſtia liberaret:ibi tum Paris iuſſo cęnobita ſecedere paululum Viennam interrogat qualis nam ſibi anulus ille uideatur: tã pulcher illa inquit ut nullum me unq̃ pulchriorem uidiſſe meminerim:tum Paris ſermone patrio ſpero inquit quo intuebere diutius eum quoq; tibi indies magis placiturum eumq; haud ita multum abſimilem illi iudicabis quem amico Paridi abs te tum abeunti mutuę inter uos amicitię pignus dediſti: ibi tum illa nouo miraculo attonita q & anulum uidebatur agnoſcere: & eum quem pro mauro ad ſe introductum ſciebat patria & uernacula lingua audiret expedite loquentem mirari uehemẽtiſſime cępit: rurſuſq; Parim fiirmioribus

oculis intuita oris habitu ſubridentem agno
uit: cępitq; pene repẽtino gaudio itermortua
in amplexus & oſcula ruere: quã ubi ad ſe re-
diiſſet Paris abũdẽ cõſolatus aprehẽſaq; ma-
nu dextera extractã de carcere deduxit ad pa-
trem: cuius uolũtate ſũmaq; & icredibili qua-
dam mortaliũ oium lęticia/neq; multo mino-
re reꝝ omniũ apparatu: cupito pridẽ & opta-
to cõiugii fędere copulant/in quo uel ad qua-
drageſimũ uſq; annum adeo pie ſancteq; uixe-
runt: ut magnam quoq; uitę ſanctitatis & re-
ligionis poſteris opinionem reliquerint: Pa-
ris uero factus iam reꝝ oium compos: defun-
ctiſq; haud ita multo poſt ſenio parentibus:
Odoardo amico fidiſſimo paternas omnes
facultates donat eiq; Iſabellem & ipſam Vię-
nę conſortem fidiſſimam matrimonio col-
locat: in quo ipſos quoq; ſũma concordia &
incredibili quadam rerũ omniũ fęlicitate
multos annos uixiſſe memorant.

Allobrogicę narrationis libri ſe-
cundi & ultimi finis.

❡Hęc ſunt errata paucula in uita diui rochi
quę librarium feſellerunt.

in epiſtola.

Folio tertio a fronte/ & eiectiuũ:pro eiecticiũ

in A

Folio tertio a frõte poſſim diffundi:ꝓ paſſim
deplorta ſalute:pro deplorata.
Folio quarto a frõte/ac laugnidos ꝓ lãguidos.

in B

Folio prio a frõte/uitę diſcrimine:ꝓ diſcrimẽ
Folio tertio a tergo / hoiem eiulari:ꝓ eiulare.
Folio quarto a tergo/ne laucinari:ꝓ lãcinari.

in C

Folio ſecondo a fronte / uicatim carrogato:
pro corrogato.
Folio tertio a frõte / feſtiuus cępit:ꝓ feſtinus.
a tergo / roche inquit carriſſime : ꝓ cariſſime
Folio quarto a frõte/quoniã & hoiem:ꝓ quin

in D

Folio primo a fronte/ quo ue fęda:pro quo ne
terrea contagine:pro terrena.
a tergo / ſollicitus eſſe:pro eſſet.
eulogio:pro elogio.

Folio ſecũdo a frõte/ſimulq̄ꝫ ei factũ:pro factã
lateri inuatam:pro innatam,
Folio tertio a fronte/maneretq̄ꝫ pietas : pro
manaret.
a tergo/uerboſus occupari:pro uerboſius.
Folio quarto a frõte/moriuos : pro morinos.

Errata iu Allobrogica narratione.

in AA

Folio prio a tergo utraq̄ꝫ alter ius ꝑ alterius.
Folio ſecũdo a tergo q̃ iniqꝫ pro inique

in BB

Folio ſecũdo a frõte accirco diſtãtẽ ꝑ a circo
a tergo cęptum eſſet pro cęptum
Folio tertio a fronte robore ſternebãt pro ſter
nebantur
a tergo atq̄ꝫ eertaminis decus pro certaminis

in DD

Folio prio a frõte induer/euerũ ꝑ iducere uerũ
Folio ſecũdo a fronte animũ fide pro ſibi
Folio quarto a frõte pene benefliis ꝑ bñficiis.

in EE

Folio tertio a fronte facile cagnouerat : pro

cognouerat.
illud ticlinium pro triclinium
a tergo inter utramq; pro inter utrumq;
perculſit animum pro perculit
Folio qnarto a tergo ęgrotūq; inuiſimus pro
ęgrotum inuiſimus

in FF

Folio tertio a fronte inexpiabile facimus pro
facinus
a tergo ictumq; ſanctiſſimi proſanctiſſimie
Folio quarto a tergo in quo diſcrimine im-
pingeret pro in quod diſcrimen

in GG

Folio prio a frōte & q̄ ridieula cā pro ridicula

in II

Folio ſecundo a fronte amare eum pudicitia
pro amare cum pudicitia

in LL

Folio tertio a tergo incundam & gratā pro
iucundam
fructus pręcepturam pro percepturam

in MM

Folio prio a tergo itineri attingit̄ p accingit̄